



Notes du mont Royal

WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM



Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Biblioteca de la Universidad de Sevilla

ARATI SO-
LENSIS
PHAENOME-
NA ET PROGNO-
STICA.

INTERPRETIBVS.

M. TVLLIO CICERONE RVFO FESTO
AVIENO. GERMANICO CAESARE, VNA
CVM SIVS COMMENTARIIS.

C IVLII HYGINI ASTRO-
NOMICON.

Omnia partim è vetustis codicibus, partim è locorum collatione emendata, & e-
mendatorum ratio, ab ipso Morelio, viro sane vt colligere li-
cet, doctissimo, & acerrimi iuditij, exposita.

*Nos verò præter ea quæ in Parisiensi exemplari reperiebantur, figuris affabrè, ad Proto-
mai doctrinam exsculptis, figurarumque explicationibus, RVFVM FE-
STVM ornauius: quem & ea causa præmisimus.*



COLONIAE AGRIPPINAE,
APVD THEODORVM GRAMINAEVM.
ANNO SALVTIS M. D. LXIX.

Ne locus aliquis vacaret, hos versus Camerarij quibus nomina omnium coelestium siderum complexus est, propter elegantiam adiecimus, cum summam horum librorum contineant.

*Nomina disce puer veterum studiose laborum
Sydera, & celi cognosce micantia signa:
Signa vocant, quibus illa vides insignia templa,
Sed numerum denuum quater at que octo esse dederunt.
Vrsa summa tenent Aquilonis frigora, per quas
Ingens in morem fluuij perlabitur Anguis.
Hunc subit Arctophylax sed & hunc mox gemma Corona,
Inde Genu Nixus, post quem Lyra, deinde Volucris.
Tum Cepheus & Cassiope, tum Vector & ille
Falcatum extollens caesa enses gorgone Perseus.
Hinc Deltoron, & Andromede, hinc stat Pegase, sed te
Delphin excipit, hunc Telum, hoc Aquila, Anguitenensque:
Signifer hac sequitur decliui circulus orbe,
In quo Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Chela, Scorpius, Arcitenens, Capri, Amphora, Pisces.
At Notus vndifero tenet hac simulacra sub axe,
Armatum, Oriona, Canem in quo Syrius ardet.
Quis Procyonque Lepusque & Iasonis additur Argo,
Hydrusque & Centaurus & Ara incognita nobis,
Tum notius Piscis, Cetusque ac Eridani vnda.*

AMPLISSIMIS ATQVE OR-
NATISSIMIS VIRIS SÆPIVS ITERVMQVE
CONSVLIBVS, ET INCLITÆ VNIVERSITATIS STVDII

COLONIENSIS RESPECTIVE PROVISORIBVS VIGILANTISSIMIS,

eiusdemque florentissimæ reipu. amplissimo Se-
natui, Dominis suis colendis, Theo-
dorus Graminæus

S. D.



*ANAM ac Venerandam esse rerum sublimium cœle-
stiumque cognitionem, et ob beneficia quibus mortalium
vitam afficit, quam maximè excolendam, consensus gen-
tium, ac primorum parentum patriarcharum propheta-
rumque declarat auctoritas. Dum vltimæ memoriæ re-
cordamur, ac spaciū præteriti temporis respicimus, nul-
lum in quā studiū genus adeò excultum cum summa admi-
ratione mortalium, vt admirandam rerum sublimium cognitionem, vel artis
minimè gnarus facilè nobis dederit. Adamum primum omnium nostrorum paren-
tem, quem deus è puluere ac limo terræ formauerat, hanc artem & calluisse, ac
propagasse, affirmare non dubitauerim. Iosephus antiquitatum Iudaicarū scri-
ptor cum affirmet, ipsum Setheum Adami filiū vbi omnium rerum innouationē
& interitum mortalibus egris imminere, à parēte, intellexisset, duas columnas
erexisse, alteram latericiam, alteram æneam, vt his insculptæ artes, ab aquarū
impetu, si ad insolitam magnitudinem excrescerent, & ab ardore flammæ, si
mundus ignis conflagratione conficiendus, conseruarentur. Hæc itaque grata
fuerunt oia primis parentibus, diuina dei opificia contemplātibus: qui se periu-
cunda illa rerum sublimium contemplatione oblectarunt, ex inenarrabili illa
cælorum structura perdiscentes, æternam aliquam mentem esse, quam patrum
traditione deum ipsum cognouerant, qui totius vniuersi compaginationem ex
nihilò simul cum tempore ab initio construxisset, & constructa cuncta Gigan-
teo Triumpho, supercilio, moueret. Parens itaque primus, harum rerum cogni-
tione imbutus ea Mathusalemo tradidit, Mathusalemus Noëo demonstrauit.
Ab ipso Noëo haud dubie Abrahamus ea percepit, quæ ad cultum veri dei &
cælestium cognitionem pertinerent, qui postmodum hæc eadem, vt Berosus scri-
bit Aegyptijs communicauit. Hisce temporibus & Iobū vixisse constat, non in
diuina solum verum etiam in humana philosophia versatum, qui Arcturi, Orio-
nis, & Hyadum meminit, quæ non obscuræ eum cælo deditum fuisse declarant.
Ab hisce igitur luminibus humani generis rerum sublimium cognitio dum profe-
cta sit, nationes ille in quibus ipsi versati sunt, veluti: Armenia, Mesopotania,
Caldea, Assyria, Aegyptus, Phœnicia, clariora ac magis illustria eius doctri-
næ retinuerunt monumenta. Non mirū videri debet ipsos patriarchas & pro-
phetas, harum rerum cognitionē habuisse, eaque oblectatos, Cum spiritus etiam*

in Ecclesia DEI stellis, atque præclarissimis luminibus cæli tanquam verbis visibilibus usus sit ad flectendos animos, ad veram DEI agnitionem, & invocationem salutare. quod Dionisio Ariopagite contigit, qui per defectum solis tempore passionis & plenilunij prodigiose contingentem, postmodum Paulo predicante in veri & ignoti DEI cognitionem peruenit. Huic fidem facit Magorum historia quorum patrociniobactenus vestra vrbs vsa est, & DEO fauente in omne æuum fruitura, licet diris vndique ac horrendis perturbationibus Catholica Ecclesia à blasphemis hæreticis, qui Ouile CHRISTI sanis & scommatibus spurcissimo sacriligoq; ore, omnia sacra, atq; adeo sanctorum reliquias prophanant, finitimæ regiones his annis conturbatæ sint, & ob nostra scelera, qui nobis iusti DEI penam ac punishmentem, prochdolor, accersimus, depopulanda, nisi dominus DEVS ob paucorum fidem, & probitatem Niniuen conseruauerit. Magi itaque hi quorum dico precibus ac patrociniobunari nos, per stelle ortum mundi regem & saluatorem natum esse, vere in astrorum doctrina eruditissimi, iudicarunt & agnouerunt. Fuisse enim Natiuitatem DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI suspiciendam credimus, tantum enim illi, haud dubie, natura tribuit natali die, quantum concursu omnium cælorum excogitari poterit, Magi vt intelligere potuerint regnum nature æternum fore, & eius legem pietatis, iusticiæ, fidei, simplicitatis, charitatis, optimè institutam esse, nullumq; habiturum finem, nisi post reditum eclipticarum, in quo nona forma, post mundi huius innouationem ac conflagrationem sordium, & status vniuersi videretur. Quod tamen non ita intelligi velim ac si diuinitatem Christi Iesu, Miracula, vitæ inculpatae sanctitatem integritatemq; legis promulgationem, Euangelij doctrinam, ab astris dependere, & magos ex iisdem id perdiscere potuisse, iudicem. Verum quemadmodum natura ornauit eum optimo temperamento, pulchritudine corporis, grauitate intuitus, quæ omnia ferme ex Iosephi testimonio colliguntur. Sic DEVS admirabilis ac gloriosus, optima constitutione tempus, quo æterni patris æternus filius, in hunc mundum nasceretur, adornare ac constituere voluit, vt Magi ac gentiles per astrorum ac siderum cognitionem, in qua ea tempestate cæteris nationibus præualebant, non aliter quam princeps Apostolorum Petrus, in multitudiue piscium, ad CHRISTVM adductus est, in veri DEI cognitionem accerferentur, & profano Idolorum demonumq; cultu relicto, Deum vnum ac verum in spiritu & veritate colerent. Hinc constare arbitror huic arti, & locum fuisse aliquem, tum in sinagoga, tum in Ecclesia DEI. In quanto vero honore ac æstimatione fuerit apud gentiles fabulæ ingeniosissima, & sanctæ veterum historie comprobant: videlicet Saturnum, Iouem, Martem, Solem, siue Apollinem, Venerem, Mercurium, Dianam, siue Lunam, Castorem, Pollucem, Persea, Medusam, Cephea, Cassiopeiam, Arcturum, Berenicen, Herculem, Ariadnen, Astræam, Chironem, & reliqua nomina stellis, imaginibusq; cælestibus indita, fuisse propria heroibus, regibus, reginis, earum cultoribus, vt id ex Iulij Hygini Astronomico copiosius videre licet. nec solum apud primos illos reges & principes hanc artem notam & perspectam, sed & apud Græcos postmodum et latinos, iam longo tempore

pore in magna admiratione hominum fuisse colligere licet. dum omnes plerumque regum sese moribus accommodent. Apud Græcos Solon fuit, cum Thalete, post reges, insignes eorum artifices fuerunt. Meton, Calippus, Hyparchus, Ptolemæus. In Romana vero Republica, Numa, Iulius Cæsar, Augustus, Tiberius, Constantinus, Theodosius, FL. Valerius Martianus, Imperatores præclaris virtutibus præditi, tum vero hac laude celebriores quod summa diligētia & fouerint & adiuuerint rerum cælestium peritos, Vtinam hoc nostro æuo Reges & principes, ac rerum publicarū administratores idem agerent, studijs deditos, liberalibus stipendijs iuuarent, tantam nunquā perturbationē præclara ingenia excitasset, dum relictis studijs liberalibus, se theologice ac diuinis imiscerent, Ecclesiæ constitutiones perturbantes, hæreses sectantes, atque ita parere sibi diuitias potius studentes, quibus cōiugem ac liberos alant, quā in Ecclesia Catholica pauperes perseuerent. Tantus enim hoc nostro æuo est artiū liberaliū contemptus, vt si quis in ijs delitescat, & non Theologicis studijs, aut Iurisprudentiæ operā accommodet, quibus solis honos est, & distēti loculi, vt malim alterius potius fortunā, quam philosophi. Sic enim ego sentio, cum iam annis quinque scholæ artiū, vt vocant, præfuerim, & studiosis ad Mathematicas artes viā demonstrauerim, nemine alio hæc eadē in Colonienſi vniuersitate profitente, parum tamen aut nihil inde comodi receperim. Verum non dubito meum laborē gratum atque acceptum vestræ amplitudini fore, si vnquam rectē negotiū quo pacto se nostrorum studiorum haberet, explicatum fuisset. Si itaque vestræ prudentiæ consultū visum fuerit, in hac professione, mea opera vti, me paratissimū atque obsequentem, vt vnum de numero suorum ciuium reperient. Munus enim quo iam fungor Typographicum scilicet, nō me impedire, sed adolescentum studia magis ac magis promouere ac iuuare potest, quod ex præſenti nostro labore facilius colligitur, quem eo potissimū fine suscepimus, vt studiosi cum voluptate quadam rerum sublimium scientiā perdiscerent. Eos auctores ijs cōiunximus qui apud latinos eandem pertractarunt materiam, & Aratum Græcum poetam nobis latino carmine reddiderunt. Quo vero eos omni difficultate remota, commodius in cognitionem sublimiū perduceremus RVFVM FESTVM figuris, figurarumq; explicatione exornauimus. Figuras adiecimus nō secundum Arati aut eius interpretum descriptas rationem, sed Ptolemaicam, quam exactiorē iudicamus, Aratus enim οὐ πᾶν καλῶς vt Leontius inquit, Mechanicus neque πρὸς τὸ ἀκριβὲς, ἀλλὰ πρὸς τὸ χρησιμὸν ὧς ναυτιλομένοις hoc est non optime, neq; exacte admodū, sed quatenus nautis cōducere videbatur, de sideribus scripsit. Vestra autem autem Amplissimi, ornatissimi que viri prudentiæ, quicquid laboris & molestiæ ac sumptus, in hoc adornando libro, ad bona ac honesta studia promouenda suscepimus, dedicandū duxi. Gratum enim id omne esse scio vobis, meis D. quod studia aut promouere aut illustrare soleat.

Valete feliciter, Datum in Republica vestra, ex Officina nostra Typographica. Anno Salutiferi partus

M. D. L X I X.

XVII. Calendarum Aprilis.

* 3

DE

DE M. T. CICERONE EX GREGORII GYRALDI
DIALOGO QVARTO.



DE Marco Tullio Cicerone, quæ ad eius poeticam tantū attinent, afferemus. Puer igitur Marcus Tullius, vt Plutarchus scribit, poetice adeo operam impendit, vt plurimū omniū iudicio in ea facultate profecerit, multaq; in ea etate poemata scripserit: inter quæ illud ipse Plutarchus celebrat, quod Pontius Glaucias inscribitur, versu tetrametro. Multa carmine ex Græco transtulit, vt tota Arati Phænomena, cuius etiam nunc pars extat, aliaq; quæ sparsim suis in dialogis inferuit. Nunquid ideo, inquit Piso, poeta Cicero? Nam tametsi Ciceronis Limonem, poematis id nomē, citat Donatus, vbi de Terētij poetæ vita agit, illudq; Virgilij existimetur à Cicerone sumptum,

„ *spes altera Romæ.*

„ *et illud*

„ *corripuit, tremulis altaria flammis.* id enim Ciceronis vxori, dum sacrificasset contigisse, dicitur: id quod & ipse Cicero quodā suo poemate testatū reliquit: & eius licet elegiam, quæ Thalemaſtis inscribitur, afferat Seruius, ex qua carmē illud.

„ *In mare Tyrrhenium longè, penitusque palumbes*

„ Reliquit: non ideo tamen ego illū poetam crediderim. Tunc ego, poeta necne fuerit Cicero, non vobis dixerim, pictum tamē in tabula fuisse, multaq; præter ea quæ tu modo attulisti carmina & adhuc legi, & ab auctoribus citari assero, vt quæ de ipsius Consulatu à Lactantio in tertio diuinarū Institutionū, & quæ in secundo eiusdē Consulatus Vrania Musa pronūciat, in primo de Diuinatione, ex verbis Quinti Ciceronis fratris.

„ *Principio ætherio flammatus Iupiter igni*

„ *versitur, et totum collustrat lumine mundum.*

„ & reliqua: vsq; enim ad octoginta versus ibi leguntur. Fabius quoque Quintilianus, Ciceronis quosdā ioculares libellos adducit, atq; ex ijs versus. Quin & de suis tēporibus tres se carmine libros scripſisse ipsemet ad Lentulū in Epistolis testis est, quos eosdē esse existimant aliqui, qui de eius Consulatu inscribuntur. Sed num parū vobis testimonium videtur de poemate, quod Marius inscribitur, Scæuolæ & Q. Ciceronis? Nam cū in primo de Legibus Atticus Pomponius dixisset de quercu in Mario lecta, Quale est istuc, quod poetæ ferunt: mihi enim videris fratrem laudando suffragari tibi: tum Attico respōdet Q. Frater, Sic ita sanè. veruntamen dum Latine loquentur literæ, quercus huic loco nō deerit, quæ Mariana dicatur, eaq; vt ait Scæuola de fratris mei Mario, canescet seclis innumerabilibus. De eodē Mario poemata idē Q. Frater in primo de diuinatione: Quid est illo auspicio diuinius, ait, qd apud te in Mario est, vt vtar potissimū te auctore.

„ *Hic Iouis altisoni subito pennata satellites*

„ *Arboris è trunco, serpentis faucibus morsu.*

„ & cætera quæ ibi leguntur. Sed & illud multis mirū videtur, quod de ipso Marco Cicerone legitur, non pauciores vnquam, cum in vrbe esset, quingētis versibus quotidie scribere solitū, nisi vos de prosæ versibus intelligatis. Iure igit, inquit Piso, quisquis ille fuit, inter poetas marcū Tulliū reposuit.

DE GERMANICO CAESARE, EX PE-

TRI CRINITA LIB. III.

CAIVS Germanicus Augustus ex nobilissima Claudiorum familia ortus est, patre Druso, ac diligenti cura in vrbe eruditus. Tantū profecit sub primam adolescentiam in optimis disciplinis, vt incredibile dictū sit, quantū ab antiquis scriptoribus cōmendetur. Suetonius, ac Fabius Quintilianus maximis laudibus eius ingeniū, atq; opera extollunt, et si paulò iunior ea ipsa cōposuit. Idē Germanicus in Causis præterea versatus est, & his quidē triūphalis. Inter alia studia Græcas comedias à se editas reliquit, & opus Arati de rebus cælestibus in latinos numeros conuertit, nihil commotus, quod à M. Tullio foret interpretatum, vt obseruatum est ab Hieronymo. Quintilianus inter poetas heroicos hunc constituit, quo loco enumerat Val. Flaccum, Saleium Bassum, Rabirium, & Lucanum. Quid inquit, Germanici operibus sublimius, doctius, & omnibus denique numeris præstantius? Quis bella canere melius

melius potuit, quàm qui sic egerit? Reliqua omittimus, ne videamur plura nunc repetere, quàm institutum opus patitur. Cognomen Germanici à denictis Germanis reportauit, cōtra quos magno exercitu, ac summis viribus dimicauit. Vxorē Agrippinam habuit M. Agrippæ filiam, & ex ea liberos plures procreauit. Traditum est eum obiisse in vrbe Antiochia, quum quartum ac XXX: annum ageret: neque sine suspicione veneni, Tiberio auctore talis facinoris, vt Suetonius putauit. Quæ res credita est, non modo propter liuores, qui toto corpore extiterunt: sed ex ipso etiam corde, quod igni admotum cremari haud potuit. Publius Ouidius opus suum de Romanis Fastis ad hunc Germanicū misit, eiúsque doctrinam tanti fecit, vt inter egregios poetas illius nomen retulerit. Nec defuerunt, qui existimarent ab eodem Germanico compositum fuisse epigramma illud vulgatum de puero Thracensi: quod equidem propter egregiam, singularemque in eo genere elegantiam subiiciendum existimauit.

„ *Thrax puer adstricto glacie dum luderet Hebro, &c.*

Decodem

EX GTRALBI DIALOG. V.

GERMANICVS Cæsar Drusi filius, qui à Tiberio adoptatus, eiúsdem, vt putatur iussu, veneno è medio sublatus in Syria à Pisone fuit, ætatis suæ anno quarto & tricesimo. Veneni signa, vt ait Tranquillus, præter liuores qui toto corpore erant, & spumas quæ per os fluebant, eius quoque inter cineres cor incorruptum repertū est, cuius ea natura existimatur, vt veneno tinctum non cremetur: Fuit vero Germanicus cum domi, tum foris excellentis ingenij & virtutis, cuius quando vita à Suetonio & à Cornelio Tacito describitur, missis cæteris, ego ea tantum quæ vel ad eius eloquentiam vel poeticam pertinent, attingam. Omnes, inquit Tranquillus, Germanico corporis animique virtutes, & quantas nemini cuiquam contigisse satis constat, formam & fortitudinem egregiam, ingenium in vtroque eloquentiæ doctrinæque genere præcellens, beneuolentiam singularem, conciliandæque hominum gratiæ, ac promerendi amoris mirum & efficax studium. Orauit causas etiam triumphalis, atque inter cætera studiorum monumenta reliquit & cœdias Græcas. Extant & in Græcis Epigrammatum voluminibus, quos legi, ipsius nonnulli versus in Themistoclem. Doctis ferre omnibus persuasum video, elegans illud epigramma, quod numeris omnibus est absoltum, de puero Thrace, huius esse Germanici, quod dignissimū est, vt hinc & vbiq; recitetur. hoc autem ipsum est:

„ *Thrax puer adstricto glacie dum ludit in Hebro,*
 „ *Erigore concretas powdere rapit aquas.*
 „ *Dumque ima partes rapido traherentur ab amne,*
 „ *Abscidit heu tenerum lubrica testa capus:*
 „ *Orba quod inuentum mater dum conderet vrna,*

„ Hoc peperit flammis, cætera, dixit, aquis. Extat & in manibus habetur eiúsdem Cæsaris Germanici Aratea interpretatio, quam & D. Hieronymus post Ciceronianam agnouit. Celebrat Plinius Germanici carmen, quod in Cæsaris Augusti equū composuit. Ouidius verò poeta vbiq; Germanicū poetam facit, summisque laudibus effert, vt in Fastorum libris quos eidem dicauit: tametsi grāmatici quidā malint Tiberio Cæsari dicatos. At vos videte quā benè Germanico cōueniant, cum sic canit:

„ *Que sit enim culti facundia sensum oris,*
 „ *Cinica pro trepidis cum tulit arma reis.*
 „ *Scimus & ad nostras cum se tulit impetus artes,*

„ Ingenij currant flumina quanta tua tui. Sed id manifestius ad Suilliū, cui nupta fuerat ipsius Ouidij priuigna, quam omnem elegiam ne vos, quæso, legere pigeat.

DE RVFO FESTO AVIENO EX LIB. QVINTO EIVSDEM CRINITI.

RVFVS Festus Auienus, poeta eruditus & elegans, per eadē tempora floruit, quibus Cæsar Diocletianus Imperator est appellatus: quæ res cum multis alijs argumentis colligitur, tum ex commentarijs Diui Hieronimi, qui (cum loquitur de Arati Phænomenis) Auienum refert paulo ante in Latinum ea conuertisse, post M. Tullium, atque Germanicum. Quidam putant fuisse illum genere Hispanum: sed hoc mihi non

fatis compertum est in tanta rerum obscuritate. Illud minimè dubium est, eum magna doctrina, ac multiplici rerum scientia præstitisse. Nam præter opus Arati (quo maximam laudē adeptus est) composuit etiam librū de Orbe terrarū ijs versibus, quos vocant hexametros, imitatus Dionysium Græcū poetam. De maritimis quoq; scripsit Iambicis versibus: intactū opus Latinis ingenijs, tantæq; difficultatis, vt diu multumq; sibi elaborandū fuerit in eo absoluedo. De hoc poemate sic idē Auienus refert.

” Laboris autem terminus nostrī hic erit,
 ” Scythicum vt profundum, ex equor Euxinī salū,
 ” Et si que in illo marmore insula tument,
 ” Edisserantur: reliqua porro scripta sunt
 ” Nobis in illo plenus volumine,
 ” Quod de Orbis oris, partibusq; facimus.

Plura in hoc opere inferuit ex varijs atq; recōditis auctoribus: præcipueq; secutus est (vt ipse testatur) Hecatæū Milesium, Hellanicum Lesbium, Philonem Atheniensem, Pauſimachum, Euctemum, Cleonem Siculum, aliósq; permultos. vt prætermittamus Annales Punicos, à quibus conplura accepit. Neque defunt qui existimēt fuisse alia composita ab eodem Auieno. Seruius quidem grammaticus, cū de cometis differit, Auienum scribit fecisse. Virgilianas fabulas Iambicis versibus, & historica quædam ex libris Liuianis, Qua in re non satis habeo exploratum, an hæc ad eundem sint referenda, et si ratio temporum maximè congruit. Inter amicos præcipuē cotraie Myrmecium Flavianum, virum clarissimum, & probum: cuius virtutem atque probitatem magnopere commendat, dicato illi volumine de Maritimis. Hæc sunt quæ legimus de hoc Auieno apud veteres auctores. De Auieno poeta Græco (cuius leguntur Epigrammata) nihil dicendum est hoc loco.

De eodem.

EX GYRALDI DIALOG. IIII.

RVFVS Festus Auienus, in antiquis codicibus Abidnus dicitur, & in Seruij etiam commentarijs. Hic ab aliquibus Hispanus est existimatus, ego certè nihil habeo, quo vobis id affirmare possim. Hic Dionysij Punici de Situ orbis versus ex Græcis Latinos fecit: item Aratea Phænomena, quod vtrunq; opus extat carmine hexametro expressum. Et præter hæc de Oris maritimis librum edidit, carmine trimetro iambico, ad Probum, virum consularem, ad quem etiam Cl. Claudianus scripsit, quo argumento ducor, vt Auienum Claudiani, hoc est Theodosij imperatoris, & filiorū temporibus floruisse credam: id quod & facillè Hieronymi verbis astruere possumus, qui quodam suarum epistolarum loco, nuper illum scripsisse dicit. Alij Diocletiani Cæsaris, non satis firmo, vt mihi quidem videtur argumento, alij vtrunque inconfessum parūve compertum esse volunt. Seruius Grammaticus Auienū ait Virgilianas fabulas, & Liuium iambicis versibus descripsisse. Sunt qui hunc ipsum Auienum esse putent, quem Aurelius Macrobius in Saturnalibus cœnis loquentem induxit. Vt cūque tolerabilis est poeta, & dignus saltem ob rerum cognitionem, vt aliquando legatur. Sed ne quid à me desideretis, extat & libellus ad Theodosium inperatorē, huius, vt putatur, Auieni, nisi nos fallat inscriptio, in quo plerosque Aesopi apologoselego carmine complexus est, qui an legitimus sit, non multum esse precium operæ, vt disquiramus, existimo. cuius, quisquis ille fuit, hæc verba sunt ex Præfatione, Huius, inquit, materiæ ducem nobis esse Aesopum noueris, qui responso Delphici Apollinis monitus, ridicula orsus est, vt legenda firmaret. Verum has pro exemplo fabulas, & Socrates diuinis operibus indidit, & poemati suo Flaccus optauit, quod in se, sub iocorum communiū specie, vitæ argumenta contineant: quas Græcis iambis Ga-

brias repetens, in duo volumina coartauit: Phædrus etiam partem aliquam quinque in libellos resoluit. De his ergo vsque ad XLII, in vnum redactas fabulas edidi, quas rudi Latinitate compositas elegi sum explicare conatus. Hæc ille totidem verbis, & simul de Auieno satis.



ARATI PHAENOMENA

RVFO FESTO AVIENO PARA

PHRASTE.



ARMINIS inceptor mihi Iuppiter: auspice
terras

Linquo Ioue, excelsam referat dux Iuppiter æ-
thram:

Imus in astra, Iouis monitu: Iouis omine cælū,
Et Iouis imperio mortalibus æthera pando.

Hic statio, hic sedes primi patris, iste paterni

Principium motus, vis fulminis iste corusci,
Vita elementorum, mundi calor, ætheris ignis,
Astrorumque vigor, perpes substantia lucis,
Et numerus celsi modulaminis: hic tener aër,
Materiæque grauis concretio, succus ab alto
Corporibus cælo, cunctarum alimonia rerum,
Flos & flamma animæ, qui discurrente meatu,
Mentis primigenę penetralia dura resoluens,
Impleuit largo venas operatus amore,
Ordinis ut proprii scædus daret iste, calorem:
Quo digesta capax solidaret femina mundus,
Inseruit ritè hunc primum, medium, atque secundum.
Vox secreta canit tibi: nam permixtus utrinque,
Et fultus sese geminum latus, vnus & idem est
Auctor agendorum, propriique patrator amoris,
Et mundi verè pastor sacer, hic chaos altum
Lumine prærrumpit: tenebrarum hic vincula primus
Solvit, & ipse parens rerum fluitantia fixit:
Hic dispersa locis statuit primordia iustis:
Hic digestorum speciem dedit, iste colorem
Imposuit rebus, sexuque immixtus utroque,
Atque æui pariter gemini, simul omnia lustrans
Sufficit alterno res semine: rerum opifex hic,
Hic altor rerum, rex mundi, celsa potestas
Aetheris atque Erebi, pigra inclinatio nodi,
Infociabilium discretio iusta deorum,

A

Cuius

Cuius & extremum tellus opus, ignea cuius
 Lumina sunt late, sol, & soror ille diei
 Tendat ut infusi rutilum iubar, altera noctis
 Ut face flammanti tenebrosos rumpat amictus:
 Nec desit genitis pater vlllo in tempore rebus.
 Istius ille anni pulcher chorus, alta ut hebescat
 Terra gelu, ver blandis adrideat aruis,
 Puluerulenta siti tellurem ut torreat ætas,
 Et grauis autumnus redeat foetura parentis:
 Hoc duce per tumidi ferimur freta gurgitis, isto
 Præceptore solum grauibus versamus aratris.
 Iste modum statuit signis, hic rebus honorem
 Infundit, tenebris hic interlabitur æthræ:
 Viscera, & æternos animarum genitabilis artus.
 2 Denique ne longum marcentia corda iacerent,
 Mundanisque ortus mens immemor, omnia sensim
 Vilia conciperet, neque se subduceret vnquam,
 Fontis in æterni primordia, quo velut amnis,
 Quem festina citis vrget Natura fluentis,
 Lapsu continuo ruituræ in corpora nostra
 Prorumpunt animæ, seriemque per æthera neant.
 Hic primum Cnidij radium senis intulit astris,
 Mortalemque loqui docuit conuexa deorum,
 Cur Hyperionios Nepa circumflecteret ignes,
 Autumnus reditu: cur sub gelido Capricorno
 Bruma pruinosi iuga tristitia solueret anni:
 Cur spacium lucis, madidæ cur tempora noctis
 Libra celerque Aries demersi pondere Olympi
 Aequarent, qua parte Polus sublimior alto
 Cardine cæruleas Thetidis non tangeret vndas:
 Quis Polus umbrifero lateat decliuis in axe,
 Et vaga pallanti cur signa errore ferantur.
 Quæ rursum ingenio numerisque Solensibus idem
 Iuppiter efferri melius dedit incolæ tauri,
 Musa ut Cæcropios raperetur & Aonas Agros.
 Me quoque nunc similis stimulat furor edere versu
 Tempora, cum duris versare ligonibus arua
 Conueniat, cum veliuolo dare carbasa ponto,
 Et cum victicomo crinem tondere Lyæo.
 O mihi nota adyti iam numina Parnassei,
 O per multa operum mea semper cura Camœnæ,
 Iam placet in superum visus sustollere cœlum,
 Atque oculis referare viam per sidera maior,
 Maior agit mentem solito deus, ampla patescit
 Cirrha mihi & totis se Helicon inspirat ab antris.


ARCTOS.

3 OMNIA quæ flammis pingunt radiantibus æthram,
 Nox & agit, verso ceu fixa trahuntur Olympo:
 At non cuncta tamen Signorum in lege putanda:
 Nam numeris & honore carens micat omnibus ignis,
 Et rutilo cunctis flagrat coma flammea crine:
 Sed quia non certa formarum in luce notantur
 Omnia, sideribus cassum fit cætera volgus.
 Mobilis en etiam mundi se machina versat,
 Ponderis & proprii trahit inclinatio cælum:
 Sed non axis item curui vertigine fertur
 Aetheris, vt stilus instabili conuoluitur orbi,
 Luce manente tenusque procul sacra viscera cæli
 Perforat, & mediæ molem terræ tenet: illum
 Non prolixa dies, non incumbentis Olympi
 Cursus agit, motatue loco labor, vt semel hærens
 Constitit, & ferri se circum cuncta remisit.

4 NEC minus extremo dispar polus: Oceano pars
 Sublime erigitur, subit altera merfa sub vndas
 Pars Erebum, & nigri iacet hæc vt conscia Ditis:
 Hic notus, horrifera aquilonibus illa rigescunt.
 Hac teres in gemina stridit vertigine cardo.
 Alter in obtutum facilis latet, alter & alto
 5 Deprimitur barathro. Sed quæ sublimior axis
 Tethyos vndosæ linquit cetosa fluenta,
 Contemplare sacras vt mundus subijt Arctos.
 Sic astrum dici Cnidius dedit, Aufone easdem
 Voce feras Vrsasque & Plaustra vocare solemus:
 Fabula nanque Vrsas, species dat Plaustra videri.
 Has pater omnipotens nemorosi in valle Lycæi
 Adsuetas duris quondam venatibus, æthræ
 Intulit, & raptu genetricis flore sacrauit:
 Vel ceu fama dehinc docet altera, Creta vbi fluctu
 Tunditur insanis latè circonsona cauris,
 Iuppiter has idem rerum memor indultarum,
 Et custoditæ referens pia dona salutis,
 Cum puer agrestes inter Curetas, & inter
 Diææ longum latuit crepitacula rupis,
 Scandere flammigerum victor permisit Olympum,
 Nescia signa salis, nocturnique inscia casus,
 Hospita & insanis aquilonibus: haud tamen ollis
 Ora, vel aduerso sunt obuia pectora motu:

Versa Lycaonijs sed suspectatur in vrsis
 Forma super: pariterque polo vestigia libra nt,
 In spinam & flammis ardentia dorsa iacentes.
 Sic Iouis altrices teretem prope cardinis axem,
 In caput, inque humeros Helice Cynosuraque versa;
 Præcia venturis dant semper signa procellis.
 Nanque Helice Graios, Tyrios Cynosura per altum
 Parua regit: non vlla facem succenderit vnquam
 Stella prior, neque flammigeros edixerit ortus
 Antè alia, immerso cum iam Titanius orbe
 Imbuit & tremulo Tartesia terga rubore,
 Crescia quàm flammans inter primordia noctis
 Maior agat, vultusque sacros ostendat Olympo.
 Illa licet paruo iaceat temone per æthram,
 Verior, infidum tamen est currentibus æquor.
 Cardine nam toto cōuertitur. haud mora, longos
 Pigra tenet gyros, neque ceu mollita parumper
 Flectitur, aut tardo cohibet cunctamina lapsu,
 Denique Sidonijs dux est Cynosura carinis;
 Rectior vndofo cursus fulcatur in æstu.

CIRCVLVS ARCTICVS.



25

Ω

27


Vrsa maior que Græci est ὁ ἄρκτος μεγάλη ἢ ἑλίνα latinis Helice siue Plaustrum, capite attingit cir-
 culum arcticum. Caudam vsq; ad eleuatū brachium Bootis protendit. Quibus signis stella eius adhaerant,
 signorum

figurae characteres declarant. Stellas continet in universum viginti septem, quarum principia sunt ista 14.

27	<i>In Cauda extremitate.</i>	<i>Secunda</i>
26	<i>In Cauda medio cui inhaeret stellula illa quam Alckiy vocant.</i>	<i>Secunda</i>
25	<i>Ad Cauda exordium.</i>	<i>Secunda</i>
24	<i>In dorso in Angulo videlicet figura quadrilatera.</i>	<i>Secunda</i>
23	<i>In ventrem proclinans.</i>	<i>Secunda</i>
22	<i>Ante exortum caudae una est rotarum numero Plaustrum.</i>	<i>Secunda</i>
21	<i>In sinistro femore in angulo figura quadrata.</i>	<i>Tertia</i>
20	<i>In sinistro pede.</i>	<i>Tertia</i>
19	<i>In anteriori dextri pedis parte.</i>	<i>Tertia</i>
18	<i>In eodem pede.</i>	<i>Tertia</i>
17	<i>In posteriori sinistro pede.</i>	<i>Tertia</i>
16	<i>In eodem pede.</i>	<i>Tertia</i>
15	<i>In dextro pede posteriori.</i>	<i>Tertia</i>
14	<i>In eodem.</i>	<i>Tertia</i>

Quam autem obtineat in caelo hac tota imago dispositionem atque situm, figura ostendit.

6 INTER vtranque dehinc præclari nominis Arcton
 Ceu circumflexo sinuantur flumina lapsu,
 Squammeus agmen agens Draco voluitur, atque obit ambas
 Spirarum curvis anfractibus: hunc quoque, ut artus
 Longius effusum, spaciofa volumina tendunt.
 Compta Lycaonijs includunt Plaustra choreis:
 Quæ caput est Helices, fundunt sese vltima monstri
 Agmina, & hac cœli vix cauda in parte quiescit:
 Altera qua spiræ sinus est, sublime reponit
 Verticis, & curvæ ceu circumclusa Dracone,
 In dorsum alterius dorso iacet Anguis ab ore
 Vertitur, ac longe postremam lapsus in Arcton,
 Rursum maioris repetit confinia signi.
 Nec quæ stella caput flammæ in signet honore,
 Sola micat, solæque rubent incendia crista:
 Sed fetosa duplex adolet duo tempora fulgor,
 Et duo sub geminis oculi fulgoribus ardent.
 Vnicus ignis item mento æstuat, ipsaque forma
 Verticis in nutum veluti curvata parumper,
 Quæ per dimensos demittitur ordo meatus,
 Flectitur, atque Helices caudam spectare videtur,
 Cuius in extremum spacio præpiore per æthram,
 Sibila protenti succedunt ora Draconis.
 Quin super illa etiam summa confinia cauda
 Stella subit, dextri quæ temporis igne coruscans,
 Aemula vicinis accendit lumina flammis:
 At declivæ caput vertexque obliquior astris,
 Hac in parte sacri procumbere cernitur axis:
 Qua pater Oceanus rutili reparatus Eoi,
 Occasus ortusque solo moderante coercet,
 Et gemina alternæ miscet diuortia metæ.



II
A. B. AEQVINOCTIORVM COLVRVS.

DRACO, δρῶν, inflāmat us, flammiger, vociferās capite lauiū Herculis pedē fere cōtingit, vētre ad Cephea reflectitur. Deinde exiens extra Arcticum, rursus quasi circumdat Vrsam minorē, rediēq; rursus versus caput maioris Vrsae, ingreditur. Nec ad vnū aliquod Dodecatemoriō referri potest, cum omniū fere extremas partes attingat quemadmodū id signa circumscripta declarant. Continet in vniuersum stellas triginta vnum, ex quibus precipue sunt istae sequentes.

- | | |
|--|--------|
| 3. Supra dextrum oculum. | Tertia |
| 5. In extremitate capitis prope aurem dextram. | Tertia |
| 24. Post tertium nodum sinuosi flexus serpentis. | Tertia |
| 23. Inter precedentem & quartum nodum. | Tertia |
| 27. In vltimo nodo, quarto scilicet flexu cauda. | Tertia |
| 29. In sequenti cauda parte. | Tertia |
| 30. Prope cauda finem. | Tertia |
| 31. In extremo cauda. | Tertia |
| 6 7 8. Tres in colli flexu posita. | Quarta |
| 1. In lingua. | Quarta |

De harū situ quē in calo habent, figurā consule.

Vrsā minor, ἀρκτος μικρά, Cynosura, est iuxta polū Arctici, huius cauda attingit polū, caput vergit ad caudam maioris Vrsae, interposita cauda Draconis.

Sunt in minori Vrsā stellae septem, quarū nulla vnquā in nostro Climate occidunt, vti singula iam ordine recerentur.


1. Ea quae est in cauda extremitate, quā nautae vt plurimū obseruāt, quoniā polo omniū maximē sit vicina.

- 6 Quae in angulo figura quadrilatera cōsistit, estq; vna illarū duarū quae sunt in eius sinistro humero. Se.

7 Altera

EN GONASIN.

7 INDE pruinoso si lumen abusque Dracone,
 In conuexa feras, oculosque in proxima mundi
 Declines, qua parte globo tumet altior ortus,
 Illa laboranti similis succedet imago:
 Protinus expertem quam quondam dixit Aratus
 Nominis, & cuius latuit quoque causa laboris:
 Panyasi fed nota tamen, ceu longior ætas
 Eruit excussis arcana exordia rebus.
 Nam dura immodici memorat sub lege tyranni,
 Amphitryoniaden primæuo in flore iuuentæ,
 Quæ cedunt medijs longè secreta dici,
 Hesperidum venisse locos, atque aurea mala,
 Inscia quæ lenti semper custodia somni
 Seruabat, carpisse manu: postquam ille noueræ
 Infaturatæ odijs serpens victoris abictu,
 Spirarumque finus, & fortia vincula laxans,
 Occubuit, sic membra genu subnixæ sinistro,
 Sustentasse ferunt, sic insedisse labore
 Deuictum fama est: actum Titynthius, Aethræ
 Inclytus & solio fultus sublime paterno est.
 Iuppiter hanc speciem, miseratus acerbæ laborum,
 Reddidit, & talem cerni permisit Olympo.
 En manus ipsa Dei violenta in verbera pendens
 Erigitur, dextræque dehinc impressio plantæ
 Tempora deculcat maculosi prona Draconis.



FESTI AVIENI
F. C. TROPICVS CANCRI.


HERCVLES, Theſeus, Tamyris, ἐπὶ γόνασι, idest in genibus, Geniculator, capite Serpentariū prope tangens. Leuā ad Vulturē vsque cadentem extendit, Genua nonnihil incuruat &c. pedē dextrum ad baculum Bootis, sinistrū ad caput Draconis conuersum tenens. Caput & dextrū brachium transcunt Tropi cum versus equinoctialem. Duo dodecatemoria occupat Scorpij & Sagittarij. Quidam hunc saltatorē vocant, alij Lycaoni tribuunt. Stellis constat 29. quarum hæ sunt præcipua

1	In Capite.	Tertia
2	In dextro humero.	Tertia
3	In dextro brachio	Tertia
4	In Sinistro humero	Tertia
11	In Coxa Sinistra	Tertia
14	In eius vicina parte	Tertia
7.8.9.10.	Quatuor illa quæ sunt in Leonis exuuiis.	Quarta
23.24.25.	Illæ quæ in coxa dextra sunt.	Quarta
29	In dextri pedis extremitate, nempe ea quæ est in fine clauæ Bootis, huius fideris 29. istius	Quarta
9.	quemadmodum ex Arctophilacis figura elucet.	Quarta
18	In genu sinistro.	Quarta

Quarum situs, figura atque complexus schemate proponitur. Verum stellam hanc primi ordinis, quæ à sinistra imagini adiectam videmus, referimus ad testudinem seu fidiculam.

CORONA.

POPLITE succidui quæ fideris ampla pateſcunt
8 Terga dehinc mersumquæ iacet sublime humerorum,
Aspice ceu rutilis vibret lux Gnosia flammis.
Hæc quondam Bacchi monumentum fulget amoris:
Hæc Ariadnei capitis testatur honorem.
Trina ter illustant hanc lumina, parsque Coronæ
Serpentem vicina subit, qua sibila in Arcton
Ora Draco inclinans stridet flabris aquilonis:
Post tergum Nixi pars voluitur, ac velut hærens
Rursus defessi referatur nuncia signi.



C. D. TROPICVS CANCRI.

CORONA Borealis, Στέφανος Κορώνης, Corona Ariadnes iuxta manum Bootis dexteram, non lōge à Tropico distat Cancrī. habet stellas 8. quarum hæ sunt præcipua.

1 Splendidissima

- 1 *Splendidissima omnium qua tanquam gemma emicat dicta Alpha.*
- 2 *Iuxta splendidissimam ex una parte.*
- 3 *Iuxta splendidissimam ex altera parte.*
- 5 *Quae hanc sequitur.*
- 7 *Quae iterum sequuntur istam.*
- 8 *Vltima stellarum omnium qua sibi hoc modo succedunt.*
Quarum situm atque complexum ex figura cognoscimus.

Secunda

Quarta

Quarta

Quarta

Quarta

OPHIUCHVS.


9 ISTIVS extremo sub vertice, vertice quippe
Sideris Innixi, clarum nosces Ophiuchum.
Tricæi sidus stat nominis, & cui pingui
Thure Epidaureæ fumant altaria sedis.
In styga decursis Parcarum ab origine fufis
Merferat Hippolytum fors vltima: iamque per imas
Cocyti tenebras & stagna nigrantia Ditis,
Portitor ille Charon Theside fata vehebat.
Hic immaturi sed enim miseratus acerbum
Lethi supplicium, Neptunique aspera iussa,
Argentes artus Erebo procul intimo ab usque
Suscitat, atque animæ rursus tepefacta calore
Viscera, mundanas reuocat medicator in oras.
Non tulit omnipotens ortu cuiquam generato
Deucalioneo, fas esse nouissima fata
Vincere, & incassum decurrere pensa sororum:
Moxque trifulca polo iaculatus fulmina celfo,
Et supera æriæ vibrans incendia flammæ,
Morte repertorem medicinæ audacis in umbras
Deijcit: ac gnato reparans solatia Phœbo,
Asperaque extincti miseratus fata nepotis,
Surgere nocturno iubet inter sidera motu.

Hic ergo insignes ardens venas Ophiuchus,
Hic rigidos artus formæ Anguitenentis honore
Arduus, hic tantos humeris vibrantibus ignes
Euomit, ut pleno cum Luna nitescit in orbe,
Menstruæque ingenti iam temporadiuidit ortu,
Nequaquam lentis obscurior ex humeris lux
Marceat: at manibus non compar flamma rubescit.
Nam suffusa leui resplendent vltima luce:
Sed cerni sunt prompta tamen: postremæque parco
Igne micant. ille angue manum confertus vtrunque
Erigitur, serpensque dehinc elabatur ambas
Flexilis, & medium cingit spiris Ophiuchum:
Quem super hærentem plantarum mole duarum

B

Scorpios

Scorpions geminas effusus viscera parteis,
 Afflictusque oculos, maculosaque pectora pressus,
 Sustinet. attiguas evoluitur Anguis in auras,
 Agmine non æquo, neque tanta volumina compar.
 Nam quæ dextra manus sinuoso affigitur Angui,
 Parcior ab domino terga explicat, altera porro
 Plurimus, ac multo per lævum pondere lapsus
 Funditus: & rutilo quæ lux sedet ignea mento,
 Usque Ariadnæ se se vicina coronæ
 Lubricus inclinat. post spreta brachia quondam
 Formidata truci suspexeris Orioni:
 Hæc concessa etenim curvis mercatio velis.
 Huc falcata Hioidij repperunt cornua monstri,
 Sidereæ nimium facis indiga: nanque hebes ollis
 Ignis & obtuso marcent incendia crine.



H. I. TROPICVS CANCRI. L. M. AEQVATOR
 O. P. ECLIPTICA.

Ophiuchus, Serpentarius, ὄφις, qui tenet Serpentem, seu Aesculapium, Anguiger, caput proximum Herculis vertici habet. Vtraque manus à corpore longius protensa, Serpentis circumvoluentis se amplexu circumducuntur, pes uterque vsque ad Scorpionis signum descendit & ob id capricorni tropico insistit cum angue tria occupat dodecatemoria, + & ♄

Constituitur autem hoc astrum, præter eas quibus serpens componitur stellis viginti quatuor, quarum insigniores magisque conspicuae sunt istae.

1	In capite.	Tertia
7	Vna duarum quae sunt in sinistra manu.	Tertia
8	Altera earum duarum quae licet hic figuram habeat quartae magnitudinis, in caelo tamen quantitas eius conspicitur.	Tertia
12	In genu dextro.	Tertia
13	In tibia dextri pedis.	Tertia
19	In sinistro femore.	Tertia
2	Vna ex illis duabus, quae in dextro humero sunt.	Quarta
4	Vna ex duabus quae in sinistro humero sunt.	Quarta
15	Vna est quatuor, quae sunt in dextro pede.	Quarta
23	In sinistri pedis planta, quae Scorpionis pedem attingit.	Quarta
10	Vna est duabus quae in dextra manu sunt.	Quarta
11	Earum duarum altera.	Quarta

Ostenditur autem schemate, quisnam sit earum in caelo positus.

ὄφις ὄφις sinu flexuoso implicat Aesculapium in magnam sese expandens amplitudinem, caput enim eius cum sinistra manu Ophiuchi quam complectitur se girans in spiram serpens, in ♍ signo apparet, maxima eius corporis pars, cum figura Anguientis, in signo + cauda sinuosus ambitus, in signo ♄

Sunt autem stella quibus componitur. 18. est quibus præcipua sunt quae subiiciuntur.


3	In capitis initio	Tertia
4	Vna est duabus quae in colli initio sunt.	Tertia
7	Earum duarum altera.	Tertia
9	In primo Serpentis flexu à capite ad sinistram manum Aesculapij.	Tertia
10	Earum duarum altera.	Tertia
2	Quatuor quae dextrum oculum circumstant.	Quarta
15	Iuxta dextram Aesculapij manum in cauda flexu.	Quarta
16	Post dextram manum quae cauda adhuc inflectitur.	Quarta
17	Iuxta cauda extremitatem	Quarta
18	In extremo totius Caudae.	Quarta

Monstrat autem figura, quam illa in caelo dispositionem habeant.

BOOTES.

10 CALLISTO rutilat stellis, quibus utque ferinam
Prona sit effigiem, quo cardine torqueat axem,
Semper in occiduis attollens laetapada flammis
• Arctophylax, siue, ut veteres cecinere, Bootes,
Famosa Arcadici testans commenta tyranni.
Et licet instanti similis, similisque minanti
Terga Helices iuxta premat arduus, haud tamen vnquam
In picturatae plaustrum procurrere matris
Fas datur, antiqui quoniam contagio in illo
Criminis, & veterum prohibetur culpa malorum.
Nec minus in membris lux olim maxima vibrat

Omibus, ardet apex capiti, micat ignea late
 Dextra flammam, humeri flammam mouet instar
 Inter vtrunque femur, quâ se confinia lucis
 Diducunt pedibus, maior quâ luminis auras
 Verberat, & rutilo sidus magis æstuat astro.
 Nam locus Arcturo facer * adscribitur, illinc
 Aurea qua summos adstringunt cingula amictus,
 Ebria flammanti confurgit stella rubore.



A. B. CIRCVS AESTIVVS CIVIS IN VICINA PARTE
 HERET ARCTVRVS RUTILANS.

*Bootes seu Bubulcus, Cōvctus, Arctophylax custos Plaustrum, leuum brachium ad caudam maioris
 Vrsæ extollit, pedes ad virginis sidus deflectit, vltra Tropicum intra crura illustris stella collocatur, clara
 & rutilans Arcturus & Alramech dicta.*

*Sunt autem in Boote stella 22. præcipue hoc loco mentionem faciemus earum quæ magis illustres
 sunt.*

- 1 Intervtrunque femur quæ Arcturus appellatur.
 5 Supra sinistrum humerum.

Prima
 Tertia
 20 In

- 20 In sinistro genu duabus alijs vicina.
 6 In capite.
 7 Supra dextrum humerum.
 10 In medio claua quam manu tenet.
 9 In eiusdem sine qua Hercules unam pedem attingit vt monuimus in explicatione eius imaginis
 16 Sub dextro brachio prope spinam dorsi.
 18 In media spina dorsi.
 19 In dextro femore iuxta genu.
 Quis vero sit earum situs atque figura, in caelo monstratur presenti schemate.

Tertia
 Quarta
 Quarta
 Quarta
 Tertia
 Quarta
 Tertia


VIRGO.

¶ QVA protenduntur vestigia summa Bootis,
 Quaque per immensum circumflagentibus astris,
 Circulus obliquo late iacet Astringer orbe,
 Contemplare sacros subiectæ Virginis artus.
 Quam te quam memorem, siue est genitor tibi summus
 Iuppiter ex Themide in terras demissa parente:
 Seu patris Astræi clarum es genus, aurea cuius
 Sidera sunt proles, & qui pro munere morum
 Inculpabilium nomen dedit omnibus astris:
 Aut Pelusiæ magis es dea littoris Isis,
 Digna Poli confors, & cura latrantis Anubis.
 Seu tu diua Ceres, sic nam tibi flagrat arista,
 Et ceu Siriaco torretur spica calore:
 Protentata manu ter quæ pernicibus alis,
 Nec sat certa gradum, viduatæque vertice summo
 Fluxipilæ vestis vestigia, lubricum vt æuum
 Sors agat, & subitis obrepat mobile fatum
 Temporibus, precor in terras procul æthere ab alto
 Flecte oculos, placidamque meis venerabilis oro
 Pande sacris aurem. Tu cum sincera priorum
 Vita hominum nullis ageret sub legibus æuum,
 Aureaque innocuos seruarent secula mores
 Sponte sua, nec criminibus via prompta pateret,
 Inter confusos populorum libera cœtus
 Versabare libens, nullique obnoxia culpæ
 Corda inhibens media, casto res more tenebras;
 Nullus telluri limes datus, indice nullo
 Culta secabantur, neque iam discretio campum
 Metiri in dominos monstrauerat: omnia rerum
 Vsurpantis erant, promiscua thura per agros
 Præstiterant cunctis communia cuncta videri.

Denique cùm placidas crebrò Dea viseret vrbes,
 Tectaque iusta virùm passim succederet illa,
 Feruentis late pelagi natura, salumque
 Fluctibus instabile, & glauci vada turgida ponti,
 Quà senior cano nutrit sub gurgite Nereus
 Delphinos virides, & physteras anhelos,
 Ignorata suo seclusaque fine iacebant.
 Nulla fides vndis, tumido commercia fluctu
 Nulla petebantur: neque longis nauita terris
 Insinuare ratem ius fecerat, exul vt oris
 Omnibus externas veheret per inhospita gazas
 Aequora, & infano penderet sæpe profundo
 Omnia: sed cunctis nasci dabat aurea terris
 Iustitia, & nullo discreuerat aëre regna.

At postquam argento deformis viluit ætas,
 Rarius in terras os inclinabat honestum
 Iam Dea, vix summos ad labens denique monteis,
 Cùm cedente die Phœbus sub nocte propinqua
 Occiduus pronos vrgeret in æquora currus,
 Vsurpandam oculis se dabat adcurrentum:
 Non vt fessa virum repararet gaudia vultu,
 Sed crepula vt latè vomeret conuicia voce.
 Parcite vile genus, lacrimis aiebat obortis:
 Causa querelarum vestrum est scelus, aurea quondam
 Iudice me vestri vixerunt secla parentes.
 Degener in vobis animus, solertia vobis
 Peruigil, arte noua vitam traducere mos est:
 Omne æuum studijs excuditis: hinc quoque rursus,
 Proh pudor atque dolor, nascetur vilior ætas.
 Et lacerata genas ibit Bellona per vrbes
 Saucia, vt infidas agitent certamina mentes.
 Hæc vbi permœsto rauco congesserat ore,
 Alite procurfu sese in conuexa ferebat
 Protinus, atque oculos fugiens exosa sequentum
 Linquebat cœtus hominum. ruit hæc quoque rursus
 Viuendi series, ac succedere pudendo
 Aerea secla habitu: fraus ilicet, & furor ardens,
 Atque cruentus amor chalybis, segnisque libido,
 Et malefuada lucri rabies subit omnia, terror
 Degener, ac mœstæ facies formidinis implet:
 Secreti immodicus vada gurgitis vltima versat
 Tiphys: Agenoreo color hinc mentirier ostro
 Incipit, Assyriùmque bibunt noua vellera succum,

Ebria vt extremo splendet lana veneno,
 Sic iusta in populos mox Virginis inculpatæ
 Exarsere odia, & cœlum pernicipibus intrat
 Diua alis, spaciūque sibi subuecta per auras,
 Vnde procul terras summa vix cerneret æthra,
 Propter anhelæ libens latè capit astra Bootis.
 12 ISTIVS extremis humerorum partibus vrget
 Stella faciem, qualique rubent incendia flamma,
 Quæ subiecta procul caudam maioris ad Vrsæ
 Vertice brumalis circunuoluuntur Olympi:
 Talis vtrique modo simul & fulgore micat lux
 Plurima: quippe procul clarè fax ardet in Arcton.
 Nec contemplandi labor anxius, omnia primis
 Obuia ceu vibrant obtutibus, vnus ob ora
 Quæ sunt prima ferè vestigia, præminet ignis:
 Altera quæ pedibus regio est clunalibus, ardet
 Stella itidem, genibusque dehinc se tertia promit,
 Aemula qua rutilæ flagrant confinia caudæ.
 Non tamen his species, non sunt cognomina certa,
 Sed permixta simul vulgi vice conuoluuntur.



A. B. ET C. D. LIMITES AC TERMINI ZODIACI. E. F. SOLIS
 VIA. A. G. AEQVATOR QVI IN LINEA L. M. ECLIPTICAM
 INTERSECANS AEQVINOCTIVM FACIT.
 N. Q. FINIS LIBRAE.

*Virgo, πῑρῑδενος plus quam gradus decem fideri quod Leo occupat obtinet. Pedes quoque priores libra inferens, manu dextra vltra Aequinoctialem (ibi enim Zodiacus vltra aequatorem egreditur) illustram tenens stellam vnde clariiores quidam projiciuntur radij, & dicitur Spica. Graecis σπῑκος, Arabicè Azimech. Alas habet. Ala vero à latere dextro Zodiacum egreditur, in hac stella maxime Borealis πρῑ-
 τρυῑτας id est vindemiator dicitur. Sunt autem stella quæ hanc virginem illustrant 26. quarum præcipua sequuntur.*

4 *Splendida illa in sinistra manu que appellatur Spica.*

6 *Ad sinistra ala exortum.*

26 *In dextro pede qui magis ad boream accedit.*

13 *In sinistra ala extremitate.*

24 *In tibia dextra.*

10 *In cinctura à latere dextro.*

15 *In dextro femore.*

7 *In sinistra cincture parte*

25 *In sinistro pede.*

Eorum situs quem in celo obtinent, ex figura fuerit petendus.

Prima

Tertia

Tertia

Tertia

Quarta

Tertia


Tertia

Tertia

Quarta

GEMINI.

13 ILLA quidem supero conferta relabitur axe,
In scia piscosi semper falis, ipsius autem
Subiectos capiti Geminos tibi cernere fas est,
Spartanam Geminos sobolem, prolemque tonantis
Egregiam, & proprio post reddita numina cælo.
Nam Lacedemonijs Mars cum caluisset Aphidnis,
Castora Cecropij tulit inclementia belli:
At frater lucemque & fata superstitis æui
Exosus, fortem lachrimis efflagitat æquam;
Protinus alternæ germanos tempore vitæ
Iuppiter attollit, cælique in celsa receptans
Æternæ flagrare facis iubet ignibus ambo.



A. B. ET C. D. LIMITES ZODIACI. E. F. ECLIPTICA. L.
M. ET F. G. LACTEAM VIAM NOTANT.

Gemini, δ' δ'υμιοι, Castor & pollux. Apollo & Hercules capitibus parum transeunt zodiaci limites, itemque pedes, alias verum suum locum occupant. In utriusque capite præ lucida stella constituitur.

Sunt


Sunt stellæ quibus ornantur in vniuersum 18. & quibus hæc quæ sequuntur magis conspicuæ sunt.

2	In capite eius, quo ad Boream propius accedit.	Secunda
1	In capite alterius, aliquantum rubescens.	Secunda
17	In dextro pede eius qui Australior est.	Tertia
13	In eiusdem clunibus.	Tertia
11	In eiusdem sinistro femore.	Tertia
12	In sinistro illo eius qui Australior est.	Tertia
7	In eiusdem dextro latere.	Quarta
14	In sinistro calcaneo eius qui ad Boream magis est situs.	Quarta
5	In eiusdem dextro humero.	Quarta
4	In eiusdem sinistro humero.	Quarta
10	In femore dextri pedis.	Tertia

Earum autem situs atque figura, per schema exprimitur.

CANCER.

ALVO Heleces Cancer subuoluitur: astraque Cancro
Iuno nouercales vt semper proderet iras,
Præstitit. hic etenim Lernæi gurgitis Hydram
Vreret Alcides cùm flammiger ausus in ipsum
Repere victorem, quâ duro concaua dorso
Tegmina curuantur, geminus micat ardor in auras:
Hos dixere Afinos, ortos Thesprotide terra,
Et fidus Lenææ tuum determinat aër
Crafsior. hos itidem qualis præsepibus esse
Forma solet, dispar Chelarum flamma coruscat
Nanque tribus stellis adoletur dextera Cancro:
Leua duas pigro succendit fomite flammæ.



A. B. C. D. ZODIACI LIMITES. E. F. ECLIPTICA H. G. LINEA
AD ANGULOS RECTOS SECANS VIAM SOLIS,
INCHOAT LEONEM AC TERMINAT
CANCRI SIGNVM.

Cancer, καρκίνος novem stellarum. Inter quas præsepe Φάτνυ nebulosa in pectore & Ασέλι duo, ὄγος ὀφείος & ὄλλος, stella obscura, sed mira efficacie in ciendis tempestatibus secundum Aratum. His ad Geminos irrepens, multum spacij ibi occupat, vnum atque alterum brachium quoque ex Zodiaco extendens. In sua sede parum loci obtrinet. sunt autem hæc eius stella præcipua.


- | | | |
|---|--|--------|
| 1 | Vna illarum quatuor, quæ in eius medio corpore quadrilateram figuram constituunt, quæ asinus nuncupatur. | Quarta |
| 4 | In vicina & contrigua parte capitis, ad Septentrionem. | Quarta |
| 2 | In sinistra dorsi parte, vna illarum quæ quadratum conspiciunt. | Quarta |
| 3 | Altera earum quatuor quæ sunt in corpore, quam maxime proclinans in Austrum. | Quarta |
| 5 | Prima quæ in medio & vmblico cancri consistit, adherens. | Quarta |
| 6 | In brachio dextro. | Quarta |
| 7 | In sinistro boreali. | Quarta |
| 9 | In pede versus Austrum | Quarta |
| 8 | In pede versus Aquilonem. | Quarta |
- Earum autem situs & complexus mutus ex figura petendus est.*

LEO.

Hic versus quibus Leonis Astrum exornatum est in Parisiensi exemplari, quod figuris caret Cancris coniunguntur. Verum nos licet continuus textus videatur malimus eum diuidere, vt figura astrorum situm continentes carminibus quibus explicati astris simi sunt subiungi possint.

QV A postrema pedum rutilant vestigia in Arcto,
Maxima flammigeri mundus trahit ora Leonis.
Membra dehinc longi quæ sese semita cæli
Plurima protendit, torrentur fomite acuto
Singula, & assiduis ardet Leo viscera flammis,
Hic Hyperionij flagrat viæ solis, & isto
Se duce cærulei referunt momenta caloris.
Tunc succisa Ceres statim cum mergite culmi
Construitur, flauos tondentur femina crines
Omnia, & auctas late coquit area messes.
Tunc & Threicij repetunt animosa aquilones
Flabra polo, tunc Oceanum stata flamina cæli
Propellunt pelagus: longis hoc tempore in anni
Ocia sunt remis: pontus vehit ipse carinas.





A. B. C. D. LIMITES AC ZODIACI TERMINI. E. F. SOLIS ITER.
G. B. SOLSTICIALIS CIRCULVS. H. I. DODECATEMORII
LEONIS FINIS ET VIRGINIS INITIVM.

Leo, λέων pulcherimum fidus, in quo multa sunt lucida stella, dimidiatum ferè signum occupat in quo regnat Cancer. Dorsum, cauda, & caput, extra Zodiacum progrediuntur planè sub Vrsa maiore collo-
catur, quodeo accuratius monemus, ut habita alicuius vnus signi certa cognitione reliqua eo facilius de-
prehendantur. Præterea & illud diligenter hoc loco notandum est circa Leonem, inter eius extrema & vr-
sa, stellas esse nebulosa inuolutionis, informes tamen, quas vocant Berenices crines, ab harum situ Plinius
terram secundum latitudinem, formam orbis absoluti globatam habere declarat. Berenices crines in-
quit, non cernit Aegyptus uel Trogloditarum sedes (qui in terra cauernis & specubus morantur. Ha stel-
la autem, ob id Berenices coma vocantur, quod cum Ptolomæus Aegypti rex, in Asiam olim expeditionem
suscepisset, Berenice eius coniunx, comam suam pulcherrimam Veneri deuouerit, si modo rex victor rediret,
Et cum deinde superatis hostibus redisset & optatam victoriam obtinisset illa comam absciderit, & Ve-
neri uti prius vouerat suo in templo sacrarit, quæ cum paucis post diebus, non amplius in templo, ubi suspen-
sa erat, appareret, ab Astrologis quibusdam in cælum euecta, et iuxta Leonem collocata, dicebatur.

Sunt autem stella quibus hoc astrum splendet 27. quarum ista quæ sequuntur præcipua sunt.

8 In eius corde, quam vulgo cor Leonis & Regulum, latini Regiam, Græci βασιλικὸν vocant. hæc
omnium quæ in cælo harent, efficacissima esse creditur, quod propè Eclipticam existens, solis lumine maxi-
me adiuuetur.

27 Splendida illa, quæ est in cauda extremitate.

6 Media illarum trium quæ sunt in collo. Hæc ut facile videre est linea G. G. quæ Tropicum cancri no-
tat contigua est.

5 Altera earum quæ ultra Tropicum est versus Boream.

7 Tertia earum, amplitudini Zodiaci inherens. Hæc stella, τρεῖς ἐν τῷ τροχῷ, id est, in ceruice,
sunt satis notæ in cælo, cum oculi & visus earum quantitatem facile distinguat.

3 Vna earum quæ sunt in capite, ea quæ supra oculum est.

4 Altera propius ad terminum Zodiaci Borealem accedens.

22 Supra sinistrum femur.

23 In sinistro femore.

Paret autem illarum in cælo situs ex schemate Leonis.

Prima

Prima

Secunda

Tertia

Tertia

Tertia

Tertia

Tertia

AVRIGA.

14 AVRIGATOREM par sit quoque cura videre:

D 2

Namque

Nanque tuas aures implebūt fabula solers
 Crætei pecoris: hæc lac memoratur alumno
 Infudisse Ioui Capra, nutrix dicta tonantis.
 Stelligero subuecta polo est: ille impiger autem
 Pulcher Erichthonius, currus & quatuor olim
 Iunxit equos, pronus qui non procul in Geminorum
 Leua iacet, fusoque super se corpore tendit
 Plurimus, atque Helices caput inclinatur ob ore.
 Ille quidem in spacium membra explicat: at Capra læuo
 Fixa humero clare sustollitur: ipsius autem
 Fine manus paruas Hædorum suspice flammæ.
 Qui postquam Oceano sese expedire sonoro,
 Sæuâ procellosis immittunt flabra fluentis,
 Vt spumosa truci pulsantur littora fluctu,
 Et vaga cæruleas inuoluant æquora puppes.



C. D. LIMES AC TERMINVS CIRCVLII ZODIACI BOREA-
 LIS, CUI INSISTIT ERICHTONIVS EXTREMO PEDIS,
 CORNV TAVRI DEXTRVM CONTINGENS.

AVRIGA, ἄρριοχος, Erichtonius, Vector, Agitator, ubi ab vrſa maiore diſceſſeris, intra Arcticum & Tropicum Cancrī inuenitur: ſiniſtrum brachium conuertens ad Dextrum Perſei pedem. Ornatur quo ſtellis tredecim ex quibus hæc quæ ſubijciuntur præcipuæ ſunt.

3 Lucida illa in ſiniſtro humero, quæ α λ ξ Capella, ſiue Capra vocatur.

11 In dextro calcaneo, cum Tauri cornu extremitate communis, in hac imagine numero 11. notatur, in figura Tauri numero. 21.

4 In humero ſiniſtro.

10 In ſiniſtro Calcaneo.

1 Vna duarum quæ ſunt in capite.

Prima

Tertia

Secunda

Tertia

Quarta

2 Altera

2 Altera duarum quæ existit in capite.

6 In dextro cubito tertij ordinis est, licet in figura quarta magnitudinis videatur.

29 In sinistro brachio quæ βρῖφα, id est Hædi vocantur horum in auctoribus frequens usus est.

5 In dextro brachio.

7 In sinistro cubito.

Talem in cælo dispositionem obtinent, qualis figura exprimitur presenti.

Quarta

Tertia


Quarta

Quarta

Quarta

TAVRVS.

15 NEC minus Aurigæ quæ sunt vestigia curui,
Cornigeri late tenduntur pectora Tauri.
Illic fetosam pecoris perquirere frontem
Esto memor: flexo iacet illic crure, rainaces
In terram figens oculos tum cætera signa
Flammarum similem procul inter sidera formam
Ostentare valent: gemino sic cornua ductu
Erigit ætherij rigor ignis & ignis vtrinque.
Sic camuris ardet protractibus, haud tibi signis
Perquirenda alijs pecoris frons æqua resurget:
Oceano proprio Taurum deprennderis ore.
Cornua sic vera sub imagine curua dehiscunt:
Sic media creber pecori frontem asperat ignis:
Sic Hyades Tauri toto procul ore coruscant.
At boream læuo quæ Taurus acumine pulsat,
Desuper Aurigæ dexter pes imminet astro.
Vna pedem Aurigæ dextrum cornúque sinistrum
Stella tenet pecoris: simul in conuexa feruntur:
Sed prior occidui Taurus subit æquoris vndas



A. B. C. D. LIMITES ZODIACI. E. F. ECLIPTICA. I. F. TROPICVS CANCRI. L. M. AEQVATOR H. G. LINEA TERMINAS TAVRVVM, ET INCHOANS GEMINOS.

TAVRVVS ταῦρος magna ex parte recumbit in illo spacio quod Arieti deputatum videmus, visū dimidium capitis cum cornibus suis imponens gradibus seu regioni suae, pedes seu crura extendens ultra Zodiacum versus Aequi noctialem. Cum autem dimidiatum signum sit dubitatum est Taurus ne, an Vacca censeretur an ad Europae vectorem, an Imo potius immutationem referendum. Verum consuetudo obtinuit ut Taurus haberetur. Ovidius.

Vaca sit an Taurus, non est cognoscere promptum
Pars prior apparet, posteriora latent.
Sed tamen est Taurus, siue hoc est foemina signo
Iunone inuita munus amoris habet.

Habet autem stellas, quibus insignibus praeditus Taurus est. 23.

1 Splendida illa & rubescens, quae in sinistro oculo existit, ingens & rutilans, Caldaice Aldeboran Graece λαμπαδίας, Latine palilicium nominatur. Prima

11. 12. 13. 14. 15. Totum hunc manipulum stellarum, de earum maxima diximus latini veteres fucculas dixerunt, vis enim idem quod sus valet. Sed Graeci nominauerunt ὑαδαὶ ἀπὸ τῆς ὕδης, quod non sine pluuia exoriantur. Tertia

21 In eius cornu extremo quod ad Boream tendit illa scilicet, quam supra diximus herere in ipsius Erich tonij dextro pede. 11. numero, quemadmodum eo in loco cornu Tauri pedibus adherens declarat. Tertia

19 In extremitate cornu Australis. Tertia

6 In pectore, iuxta dextram scapulam. Tertia

7 In dextro genu. Quarta

8 In dextro calcaneo. Quarta

9 In sinistro genu. Quarta


10 In calcaneo sinistro. Quarta

1. 2. 3. 4. Ille quae in ventre sunt Taurum terminantes. Quarta

Est autem earum situs quem in caelo habent, ipso schemate expressus. Sunt autem & aliae stellae in dorso Fauri collocatae, quae à Babylonijs dicuntur Atarage, Graeci πελιδες, ἀπὸ τῆς πλειῆς, quod ortu suo nauigationis tempus ostendant: Latine dicuntur Vergilia quod extremo vere, cum aestas incipit, exoriantur. Verum cum speciali tractatu horum meminerit auctor, suo loco de his dicemus.

CEPHEVS.

16 NEC mea musa senem tacitum Cephea relinquet:
Iasidem quoque summa poli Cephea reuoluunt:
Illum quinetiam rutilae pater intulit æthræ,
Donauitque polo. tergum Cynosuridos Vrsæ
Post habitat, geminasque manus à pectore tendit.
At diducta pedes tamen huic mensura seniles
Diuidit, extrema quantum pede distat ab Vrsæ.
Non eget huius enim sedes sacra numinis hilum.



A. B. CIRCVLVS ARCTICVS. D. E. COLVRVS AEQVINOCIORVM.

CEPHEVS, ~~κεπεως~~, maritus, Cassiopea, Babilonijs Ficare, succensus, & dominus flamma ad alterū
latus poli arctici Vrsa maiori opponitur, partim intra Arcticum cum ventre & pedibus, partim extra
Arcticum cum brachijs & capite. Constat autem Cepheus stellis 12. ex quibus precipua magisque conspi-
cuae sunt haec sequentes.

- 1 In dextro pede.
- 4 Supra dextrum humerum.
- 10 In pileo, quae media est, inter duas vicinas.
- 2 In pede sinistro.
- 3 In cinctura, prope dorsi spinam.
- 6 Supra dextrum cubitum.
- 8 In brachio sinistro.
- 7 In dorso.
- 12 In fronte.

Quarta
Tertia
Quarta
Quarta
Quarta
Quarta
Quarta
Quarta
Quarta


Monstrat autem earum situm atque complexum quem inter se habent, in caelo figura flammigeri.

CASSIOPEIA.

17 R V R S V M decliui si visum tramite vergas,
Prima tibi ut flexi linquatur spira Draconis,
Infortunatam spectabis Cassiopeiam.
Sed nec multa tamen, cum caelum lumine toto
Luna replet, terram ut superet fax aurea noctem,
Occurret genitrix oculis quarentibus: adsunt
Lucida moerenti, tenuis rubet ignis, & ægrè
Lux hebes est matri: vix qualem Caria quondam
Nouerat intrantem per claustra tenacia clauem,
Formatur stellis distantibus. inque humeros vix
Tenditur angustos, natæ fera fata tetundunt.

D 4

A. B.



A. B. CIRCVLVS ARCTICVS. C. D. COLVRVS AEQVINOCIORVM.
NOTVLIS DVAE DVCTAE LINEAE, TERMINI
SVNT LACTEAE VIAE.

*Castiopea, κασιόπεια, iuxta pedes Andromeda sedet, erecta paululum versus Cepheum maritum
Constituitur autem illa atque sedile, cui incumbit brachia ad sidera tendens, stellis in vniuersum tredecim, è quibus illa qua hic subiunguntur magis clara atque conspiciuntur sunt.*

- 4 In renibus.
- 3 In sinistro genu.
- 12 In medio eius sedis.
- 2 In dorso prope collum.
- 1 In capite.
- 7 In dextro pede.
- 6 Sub genu dextro.
- 9 In sinistro brachio.

Tertia
Tertia
Tertia
Tertia
Quarta
Quarta
Quarta
Quarta


Quo situ se inuicem in caelo complectantur monstratur figura praesenti.

ANDROMEDA.

18 NANQVE subest, teretisque poli simul orbe notatur,
Andromeda incendi, quæ semper luce coruscans
Sponte oculos im membra rapit: face denique vertex
Ardet anhelanti, geminamque per aëra fundit
Lucem humeri, & summis lux æstuat ignea plantis:
Ignea quinetiam per cælum singula flagrant
Andromedæ, & toto vibrant in corpore flammæ.
Sed tamen hic etiam viuax est poena dolenti:
Nam diducta vlnas magna distendit in æthra,
Vinculaque in cœlo retinent quoque tenuia, quippe
Brachia contortis adstringunt nubila nodis.



A. B.



A. B. CIRCULVS AESTIVALIS LONGISSIMAM DIEM
CONFICIENS. G. D. COLVRVS AEQVINOCITIA
CONTINGENS.

ANDROMEDA αὐδ' ὁμοῦ δ' αὖτε catenata, capite ad Pegasus eleuatur, ubi est praesignis quaedam stella. Extensis brachijs in caelo consistit quorum dexterum tendit ad Galaxiam, ea parte qua Cephei caput conspicitur. Sinistrum ad pisces, imo vni piscium quasi incumbere videtur. Catena aurea à sinistra vsque in dextram manum per dorsum ei transit. Stellis non procul à Perseo 23 illustrata fulget, quarum praecipua magisque clarae sunt haec, quas iam subiiciemus.

- 1 In sinistro humero.
- 12 In spina dorsi.
- 15 In sinistro pede.
- 11 In cubito sinistro.
- 23 Iuxta dextram manum in qua tres aliae conspiciuntur.
- 4.5.6. In dextero humero.
- 15 In calcaneo dextero.
- 7.8.9. Tres in dextera manu.

Tertia
Tertia
Tertia
Quarta
Tertia
Quarta
Quarta
Quarta

Atque harum dispositio per schema exprimitur, in quo praeter stellas iam enumeratas aliam in capite fulgentem cernimus secundi ordinis, veram illam dum in alato equo quadratum constituat tribus alijs coniuncta, non huc, sed ad Pegasus referimus.


EQVVS.



EQVVS.

19 R V R S V S odorato quæ vertex crine tumescit,
 Andromedæ capiti succingitur indiga pleni
 Aluus Equi, sommo quam fax in vertice vibrat
 Virginis, inque auras cornu vice surgit acuti.
 Ipsa sub abscisso latè micat aurea ventre,
 Cornipedis simul hunc lux indiscreta reneat.
 Communique rubent duo semper sidera flamma.
 Treis latus atque armos aliæ pecoris pinxere,
 Et spacio disiuncta pari fax æmula flagrat.
 Plurimus ignis inest, vasto globus æstuat orbe.
 Sed non & capiti similis rubor, ipsa que ceruix
 Quauis procero surgat iuba maxima collo,
 Languida marcenti vix est spectabilis igne.
 Ultima quæ mento sese explicat, haud minor illa
 Quattuor est primis quæ formam lumine claro
 Cornipedis simulant: non hinc Equus integer artus.
 Non quadrupes cælo sustollitur, at tenuis aluo
 Erigitur, media iam cætera ponè negantur,
 Et quatit ætherias primis modo cruribus auras.
 Nunc hunc Aonio quondam memorant Helicone
 Inclita post Lyciæ redeuntem bella Chimææ,
 Mystica qua rupes doctis obmurmurat antris,
 Herbarum carpisse comas, & gramine odoro
 Expleuisse famem, sed cum sitis arida fauces
 Vreret, ac nullo manaret gurgis hiatu,
 Illi fuisse pedem, cornuque excita repente
 Lympha camœnalem fudit procul Hipprocrenen.
 Aone hoc latici posuerunt nomen equino
 Pastores: strepit hæc placido inter saxa susurro,
 Atque Helicone cadens sese sitientibus herbis
 Inferit, Ascræas donec vaga gurgite valles
 Viuificet, rigat has animas & Thespia pubes
 Semper, & in latices inhiat gens fontis alumni.
 Ast Equus alterno redit inter sidera motu,
 Oceanique salo caput exerit, haud tibi magni
 Cura laboris erit cælo spectare sereno
 Cornipedem: micat ille procul flagrantibus astris,
 Et perfusa recens educit pectora ponto.





A. B. TROPICVS CANCRI SIVE CIRCVLVS SOLSTITIALIS,
C. D. AEQVIDIALIS SIVE AEQVATOR. D. E. LINEA
DISTERMINANS AEQVINOCITIA QVAM PAVLO
SVPERIVS COLLVM ANDROMEDAE SECA-
RE VIDIMVS.

PEGASVS, ἵππος seu equus alatus, Equus volans, Maior Equus, Equus secundus, cum duobus tan-
tum pedibus prioribus pingitur, aliis quoque insignitur, vltima parte caput Andromeda, pede sinistro alam
sinistram Gallinae contingens, malum potius alam dexteram Cigni.

Exornatur autem stellis 20. inter quas insigniores sunt istae quas subiicimus.

- | | | |
|----|--|---------|
| 1 | In umbilico quam paulo ante in capite Andromeda habere diximus, hac una est quadrati, ex stellis se-
cundi ordinis in Pegasi corpore constitutis. | Secunda |
| 2 | In dextera ala extremitate. | Secunda |
| 4 | In dextera ala summitate, quatuor stellae triangulum constituunt. | Secunda |
| 3 | In exordio dexteri pedis in coxa scilicet illa quae tribus aliis coniuncta quadrangulum constituit. | Secun. |
| 7 | Supra genu dextro. | Tertia |
| 11 | In collo. | Tertia |
| 15 | Supra dextrum oculum. | Tertia |
| 17 | In naribus. | Tertia |
| 6 | Vna earum quae sibi in pectore vicina sunt. | Quarta |
| 10 | Altera dictarum duarum. | Quarta |
| | | 18 In |

18 In dextero calcaneo.


20 In sinistro calcaneo.

Quis autem sit harum stellarum situs in caelo per figuram exprimitur. Hanc Ovidius, è sanguine qui ab exciso Medusa capite defluxit, genitum esse in Fastis refert.

Quarta

Quarta

Creditur hic caese gravida ceruice Medusæ
Sanguine resperfis profiluisse comis.



DE EQVO PRIMO SIVE MINORI.


EQVISESTIO, seu equus primus πρῶτος ἵππος Equulus, Equi caput siue rostrū, alias Hinnullus, Item praecliso equi, collo attingit caput Pegasi (neque enim plus habet sectio equi dicta) & aliquo modo capiti Aquarii incumbere videtur: Stellas non nisi in capite quatuor habet easdemque tam parvas, ut ab Astrologis nebulosa occultaeque dicantur: quapropter nec mihi opere pretium facturus videor, si copiosius de ijs disseram cum figura eas satis exprimat, stella autem qua in collo haeret eadem est cum illa quæ paulo ante in naribus maioris equi apparere diximus quod & numerus 17. adiectus declarat, qui non huius sed superioris imaginis est. Nihil de hoc equo dignum memoria legimus, quare ab ijs auctoribus qui hanc tractarunt materiam plerumque omisus est. Aratus non meminit eius neque hic eius (ut recte) Paraphrastes neque Cesar Germanicus, neque Hyginus in suo Poëtico Astronomico, Sic nec Manilius, Ausonius, Virgilius: Verum dum ex sententia Ptolomei ac Procli Astriferi globi conscripti cum habeant ne quid. adesset cum adyccere volumus.

ARIES.

20 TVNC celer ille Aries, longi qui limitis orbe
Aethera percurrents, nunquam Cynosuridos Vrsæ
Segnior ab lapsu conuertitur, haud procul astro
Visus Equi, magno celsum secat aëra motu.
Parcior hic rutilæ semper facis, indigus ignis
Spectatur iusti. nam quanti luminis astra
Esse solent, aciem quibus aurea Luna retundit,
Marcida lanigeri tantum se forma sub auras
Exerit: in tenui quanquam primordia Phœben
Orbe habeant, nulloque decus dea proferat ore.
Sed licet hunc oculis frustra sectere per æthram,
(Nam semper proprijs caret ignibus) en tibi propter

Andro.

Andromedæ claro rutilantia cingula in astro
 Suspectanda parent. vocat ingens balthæus vltro
 Quærentem, non longa Aries statione locatus,
 In conuexa redit paruo se tramite: subter
 Distinet & medio cœlum citus ordine currit,
 Vltima Chelarum qua brachia, quaque corusco
 Circullsaxe means rutilum fecat Oriona.



A. B. C. D. LIMITES AC TERMINI SVNT ZODIACI. E. F.
 ECLIPTICAE. G. D. TROPICVS CANCRI. H. I. LINEA
 TERMINANS TRIGESIMVM GRADVM ARIETIS, ET
 INCHOANS PRIMVM TAVRI.

ARI ES, $\alpha\gamma\iota\delta\varsigma$, eo loco ponitur ex opposito versus æquinoctialem, quo Perseus tendit ad Polum Arcticum plane intra Zodiacum, nisi quod caput nonnihil prodit. Stellis exornatur 13, admodum enim in cœlo non potuit splendere quod Aureum vellus in terris reliquerit, cuius gratia & hoc nostro euo magni bellorum motus & ingentes perturbationes in rebus. Christiana exorta sunt, quas si non Agnus imaculatus pro nostra sese offerens salute sedauerit ingruentibus obruemur malis. Stelle autem eius præcipue quæ mediocriter fulgent sunt hæc.

- | | | |
|----|--|--------|
| 1 | Vna è duabus quæ in cornu dextro existunt nempe ea quæ magis vicina est termini Septentrionali Zodiaci. | Tertia |
| 2 | Altera illarum magis ad Boream proclivans. | Tertia |
| | Sunt alia quæ non imaginis continentur implexu sed parum ab ea distant quæ præcedit & cornu continetur sinistro. | Tertia |
| 9 | Vna illarum Trium quæ sunt in cauda. | Quarta |
| 8 | Altera. | Quarta |
| 10 | Tertia. | Quarta |
| 13 | In posterioris dextri pedis extremitate. | Quarta |

Monstratur autem earum in cœlo situs ipso schemate.


DELTOTON.

21 EST etiam Craio quod semper nomine nostri,
 Deltoton memorant: simile est latus istud vtrunque:

E 3

Porrigitur

Porrigitur summum signo caput: angulus arctat,
 Et gemini suprema iugi vicinia mordet.
 Tertia quæ stantes sustentat linea ductus,
 Parcior, haud simili sese sub limite tendit,
 Et contracta modum gemina face flammigerarum
 Stellarum superat. quin & quæ subter in astro
 Lanati marcent pecoris, pluuióque tepescunt
 Iam vicina noto, minor istic linet luce
 Et fulgore facis peruertitur: at locus olli
 Post tergum Andromedæ, sic se tulit ordo dicatus.



A. B. SOLSTITIALIS CIRCULI LINEA.

TRIGONVM seu δ'ΑΤΟΝ, Triangulus, è regione Arieti opponitur, consistens extra Tropicū seu iuxta caput Gorgonis, Triangulū hunc ob id in cælum relatū volunt vt per eum Arietis astrū quod alioquin obscurius est, melius atque facilius cognosceretur. Alij volunt Cererem obtinuisse à Ioue olim, vt in cælum aliqua figura referretur, quæ Siciliam exprimeret, quæ quoniam triangulus quasi est, Triangulū hunc in cælum transferri contigerit. Nec desunt qui dicunt hoc triangulo significari totius terra in tres partes diuisionem. Stella quæ hanc figuram constituunt sunt quatuor numero.

1 In Angulo occasum versus.

2 In angulo superiori

4 In latere dextro.

3 Inter hanc & superiorem.

Vt autem earum situm atque figuram intelligas, schema aspice.

Tertia

Tertia

Tertia


Quarta

PISCES.

22 HINC si vicino flectaris lumina visu,
 Inque notum sensim boreali ab cardine doctus
 Inclinare oculos, proles tibi tertia Pisces
 Surgent Bombycij: sedes data quippe duobus
 Piscibus, ingenti quæ celsam circulus æthram
 Orbe secat, tendit quæ penna extrema sinistra
 Ales equus, mundo à pectora Laniger alto
 Vrget, & aduerso surgentem corpore Taurum
 Respicit, hinc medio signantur fidere Pisces:

Quorum

Quorum alius rigida confurgit in aëra forma
 Celsior, & boream propior sapit alter aquarum,
 Troicus haurit aquas, funditque ephebus ab urna:
 Ponè audus iacet in notialia nubila pronus.
 Sed tamen hi latè stellis ex ordine fusis
 Nectuntur caudas, & lenta trahuntur vtrâque
 Vincula per cœlum coeunt quæ cingula rursum,
 Et rutilo confixa quasi super igne tenentur,
 Cælestem memorat quem solers Græcia Nodum.



A. B. C. D. ZODIACI TERMINI E. F. ECLIPTICA G. H. AEQVATOR.
 SIVE AEQVINOCTIALIS L. M. BINEA, ECLIPTICAM AD ANGVLOS
 RECTOS SECANS, TERMINAT PISCIVM PRISTINAM SEDEM, ET
 INCHOAT ARIETIS SIGNVM. N. O. COLVRVS AEQVINOCTIO-
 RVM QVI HOC LOCO VERNVM AEQVINOCTIVM FA-
 CIT. N. P. LINEA TROPICVS CANCRI.

PISCES, quorum vnus voluos alter βόρρος filo quodam cōiunguntur, quod alij linum, alij lineolā, alij ligamentū vocant. Non vt facile cernimus coniuncti imponuntur sed vnus in sua fere regione delitescit, alter in regione Arietis extra Zodiacum iuxta adromedā heret: adeo vt ex astriferis globis colligere licet vt cum brachio aliqua sui parte tegat. Sunt autem stella quibus exornantur 24. è quarum numero he lucidiores sunt.

22 In ligamine quo duo Pisces coniunguntur, iuxta nodum qui Piscis Borealis caudam stringit, hac eadem est qua Arietis imaginem tamquam informis precedit, vt & monuimus.

19 In nodo, qui hisce piscibus cetum coniungit.

4.5. In eiusdem dorso.

7 In eius ventre.

13 In medio quasi eius ligamenti.

Tertia

Tertia

Quarta


Quarta

Quarta

33 In ventre

PERSEVS.

23 EX humero Andromedæ læuo quoque noscere Piscem,
 Qui rigidum celsi suspectat cardinis axem
 Perfacile est: vlnæ nam proximus iste sinistræ
 Cæculus erigitur. Quin & vestigia propter
 Persea sub volucris par est tibi quærere forma
 In caput inque humeros rotat ægram machina mundi
 Andromedam: Threici nam sub flabris aquilonis,
 Nititur alato vindex pede, maxima cuius
 Dextera mœrentis solium prope Cassiopeiæ.
 Tenditur, ingentique dehinc vestigia passu
 Puluerulenta quasi cano procul aëre pandit.



G. H. LINEA PER VERTICES ZODIACI DVCTA, TOTVM COE-
 LVN DVABVS PARTIBVS AEQVALIBVS DISTERMINANS,
 FINIT ARIETEM, AC INCHOAT TAVRI SIGNVM.
 L. M. N. O. TERMINI SVNT LACTEAE
 VIAE CANDORE PERFVSÆ.



PERSEVS

PERSEVS, πειρῶνς, Andromeda liberator, in manu dextera ensē tenet, id est ἀγρῶν sinistra tenet caput quod à Babylonjs caput Algol, à Græcis γοργόνιον à nostris Gorgonis seu Medusa caput, et propter infelicitatem perniciemque suam κακὸς αἰῶνις dicitur. Videtur autem quod fabula illa qua fertur Medusa caput gladio abscissum à Perseo, non ab re huic sideri sit accommodata, cum illi, cui iniqua radiatione natali die fulserit, ut veteres tradunt, minetur, eum aut securi aut gladio ferendum esse, aut capite truncandum.

Habet autem stellas 26. quarum hæc quæ sequuntur insigniores sunt.

7	Splendida illa quæ est in dextero latere.	Secunda
12	Insignis etiam illa quæ est in capite Medusæ, quod sinistra manu tenet	Secunda
05	In sinistri pedis extremitate.	Tertia
3	In humero dextero.	Tertia
26	Vna ex tribus quæ sunt in dextero latere.	Tertia
23	Supra genu sinistro.	Tertia
25	In ala sinistri pedis.	Tertia
5	In capite.	Quarta
16	Vna illarum quatuor quæ in dextero genu consistunt.	Quarta
13	Iuxta splendidam illam quæ est in capite Medusæ.	Quarta

Atque ista talem in cælo situm atque complexum tenent, qualis figura exprimitur.

PLEIADES.

24 PLEIADES femoris pariter sub fine sinistri
Perseus protollit: locus has habet arctior omnes
Connexas. lente facis haud procul istas
Ostentat rutili lux sideris, ægra sororum
Lumina, nec claro flagrat rubor aureus astro.
His genitor, vero si fluxit fabula fonte,
Pœnus Atlas, subiit celsæ qui pondera molis,
Cælifer, atque humero magnum super æthera torquet.
Fama vetus septem memorat genitore creatas
Longæuo: sex se rutila inter sidera tantum
Sustollunt. septem fert fabula prisca sororum
Nomina, sex sese tenui sub lumine reddunt,
Electra, Alcyone, Celæno, Taygetéque,
Et Sterope, Meropéque, simul famosaque Maia.
Prole dei cerni sex solas carmine Mynthas
Afferit: Electram cælo abscessisse profundo
Ob formidatam memorat prius Oriona.
Pars ait Idææ deflentem incendia Troiæ,
Et numerosa suæ lugentem funera gentis,
Electram tetrīs mœstam dare nubibus orbem,
Sæpius obscuris caput ut sit cincta tenebris:
Nonnunquam Oceani tamen istam surgere ab undis,
In conuexa poli, sed sede carere sororum:
Atque os discretum procul edere destitutam,
Germanóque choro sobolis lacerata ruinis,
Diffusamque comas cerni, crinisque soluti

E

Monstra-

Monstrari effigiem: diros hos fama cometas
 Commemorat tristi procul istos surgere forma.
 Vultum ardere diu, perfundere crinibus æthram,
 Sanguine sub pingui rutiloque rubere cruore:
 Quin Meropen addit postquam Sisyphæia vincla.
 Et thalamos sæuo sortita est omine diuûm,
 Indignam aëria credunt mage sede fuisse.
 Sic anceps numeri fit fabula, sexque per æthram,
 Vergilias cerni tenet vsus, sed simul omnes
 Arctauere globum: ter in auras angulus exit
 Flammiger, & mixtis Atlantides ignibus ardent,
 Nec tamen est famæ similis vigor, ampla forores
 Fabula nobilitat: modus ollis parcus, & ignis
 Vix tenui longè face sit spectabilis istas
 Alterno redeunt cum bina crepuscula mundo,
 Seu nox australes adolet cum cœrula flammæ,
 Seu matutinus cum fidera disijcit ortus
 Conuolui cœlo summæ pater annuit æthræ.
 Nec minus arenti cùm crine attollitur æstus,
 Et cùm cana comas redit anno brumarigenti,
 Tempora designant. nam si se gurgite tollunt
 Vergiliæ, curuas in flaua noualia falces
 Exercere dies: si condupt æquore flammæ,
 Tellurem presso proscindere tempus aratro.

Pleades vt supra diximus, alio nomine Vergiliæ appellatæ, in Tauro cernuntur. quare nullam hic earû figuram adijcimus. Dicuntur fuisse Atlantis & Pleones filia, & quod Iouis seu Bachi nutrices vt testatur quidam fuisse cœli sede remuneratæ fuerunt, & in Tauri dorso collocatæ, ibi continuo saltare & choreas ducere visuntur. Vna autem ex illis cui Electra nomen est, vix cerni potest: quod post Troianorum ruinam mœsta cum sororibus amplius choreas ducere noluerit, sed ab eis discesserit, seque iuxta circulum Arctici occultarit, ibi sola latitans, non nisi rarissime ac mestissimo vultu apparet & quoniam lucem suam veluti comam quandam spargere videtur Crinita seu Cometa nominatur. Earum etiam vna Maia Mercurij mæter est quæ non raro pro omnibus sumitur vt Vergilius in Georgicis de satatione tritici.


Multi ante occasum Maie capere sed illos
 Expectata seges vanis elusit Aristis.

LYRA.

25 EST Chelys illa dehinc, tenero qualusit in æuo
 Mercurius, curua religans testudine chordas,
 Vt Parnasseo munus memorabile Phœbo
 Formaret neruis opifex deus. hanc vbi rursus
 Centus superi compleuit pulcher Apollo,
 Orpheæ Pangæo docuit gestare sub antro.
 Hic iam fila nouem docta in modulamina mouit,
 Musarum ad speciem: Musa satus ille repertor

Carmina

Carmina Pleiadum numero deduxerat:at cum
 Impia Bassaridum carpisset dextera vatem,
 Et deuota virum tegeter Libethra peremptum,
 Intulit hanc cœlo miseratus Iuppiter artem
 Præstantis iuuenis,pecudes qui & flumina vates
 Flexerat:Adnixa quâ semet sidera porro
 Sustollunt,læuum propter Chelys hæc femur adstat.
 Aduolat ast aliud latus Ales,& ore canoros
 Tenditur ad neruos,media est Lyra sede dicata
 Cycneo capiti,& curuo contermina signo.



A. B. TROPICVS CANCRI.

LYRA, Λύρα seu, fidicula Chelys, Tympanum, Vultur cadens, Testudo, Falcon, inter Herculem & Cygnum constituitur, habet autem lyra quæ æterna Orphei memoria causa in cœlum sublata est, stellas decem quibus exornatur.

1 Splendida illa in Lyra initio, quæ etiam lyra nuncupatur, hæc illa, est quam supra huc retulimus quæ exuvio Leonis in imagine Herculis adhæret.

9 In lyra dorso seu in media eius latitudine, quo loco quatuor, efficiunt quadrilateram figuram. Tertia

7 Altera duarum.

2 Vna duarum, quæ iuxta splendidas sunt.

3 Altera duarum.

5 Vna è duabus quæ sunt in ala dextera Lyre.

6 Altera earum.

8. 10. Dux illa quæ quadratum in lyra dorso faciunt.


Schemate exprimitur illarum situs atque figura quem in cœlo obtinent.

Prima
Tertia
Quarta
Quarta
Quarta
Quarta

CYCNVS.

26 NANQVE & fidereis Cycnus fecat æthera pennis.
 Donatus cœlo, non claro lucidus astro,
 Sed tamen os flagrans, & guttura longa coruscans,
 Grandibus haud equidem stellis, non his tamen atris
 Obscurisve micat, trahit in conuexa volatûm

Perfacilem& dextro latè Cepheida dextram
Radens remigio, summa ad vestigia læuam
Declinatur Equi: sic magno præpes Olympo
Subuehitur, subit occidui sic marmoris vndas.



A. B. CIRCVLVS TROPICI CANCRI.

Olor avis õpui vel nupus Gallina, Cygnus, latè patentes expandit alas : finistram vsque ad collum Draconis: dextrã, ad finistrum pedem Pegasi equi, capite contingens Vultus cadẽtũ alam dextram. Sunt autem in ipso Cygno stella 17. è quibus precipua, magisque splendida, sunt ista sequentes.

- | | | |
|--------|--|--------|
| 5 | Splendida illa que in eius cauda consistit, vna videlicet earũ quinque, ex quibus crux cõstituitur. Secun. | |
| 1 | In extremo capitis, rostro scilicet. | Tertia |
| 12 | In dextera ala flexu. | Tertia |
| 4 | In pectore vna earum quinque. | Tertia |
| 6 | In finistra ala. | Tertia |
| 10 | In dextera ala. | Tertia |
| 7.8.9. | In extremitate finistra ala. | Tertia |
| 15.16. | In finistro pede. | Quarta |
| 13.14. | In dextro pede. | Quarta |


Monstratur autem earum situs quem in celo habent schemate presentĩ.

AQVARIVS.

27 NAM post Cornipedem flagrant duo fidera Pisces,
Pisces Bombicij: caput autem subter equinum

Laome-

Laomeduntiadæ se dextera tendit ephebi.
Ipse dehinc longos insignis Aquarius artus
Adstat ad hirsuti caudam pulcher Capricorni.



A. B. ET C. D. LIMITES AC TERMINI ZODIACI & F. ECLIPTICA
L. D. AEQVATOR. B. N. TROPICVS CAPRICORNI.
G. H. LINEA, INCHOAT PISCVM SIGNVM, ET
TERMINAT AQVARIIL

Aquarius ὠδρὸς γανυμῆδης, Non defunt autem qui putent Aquarii signo, Deucalionem significari & continua aquae effusione maximū illud Diluvium exprimi, quod suo tempore fuisse legimus, manū sinistram fere ad caput Capricorni extendit, capite attingit caput prioris equi. In dextero latere tenens urnam, effundit aquam qua multis stellis vsque in piscem cadit sidus Australe quod pedibus attingit. Illius stellae omnes sunt 42. inter quas non nisi istae clariores apparent.

42 In extremitate aquae effusa, illa nempe splendida quae est iuxta os piscis Australis.

11 Una illarum trium quae sunt in dextera manu.

6 In sinistra manu.

8 In vicina & contigua parte sinistrae manus.

2 In dextero humero.

9 In dextero brachio.

4 In brachio sinistro,

Prima

Tertia

Tertia

Tertia

Tertia

Tertia

Tertia

E 2

28 Sub genu


18 Sub genu dextro.

*Stella illæ duæ quæ in vicina parte Aquarij sunt, ad signum Capricorni spectant.
Monstrant autem earum situs quem in cælo habent, figura præsentî.*

Tertia

CAPRICORNVS.

28 IMVS vt australi descendit circulus axe
Signifer, inque notum rutili cadit orbita solis,
Hispidæ setosi marcer species Capricorni.
Huc cùm Threicio veniens à cardine Phœbus,
Vertit iter, pulsusque deum, mirabile dictu,
Brumalis redigit, non tum mihi longa phaselis
Aequora tententur, non tum freta turbida pinu
Quis petat: angusto decurrit tramite nanque
Parua dies, vastoque dehinc deprensus in alto,
Nequicquam pigræ clamarit fidera lucis:
Interea totis notus acer sæuiet vndis,
Excitumque salum verret notus aurea solis
Cùm rota cornigeri sidus pepulit Capricorni,
Tum dirum cælo frigus redit: aspera nautis
Tunc sunt fluctu agis: tamen isti sæpe malorum
Immemores, agitant totos in fluctibus annos,
Mergorum & focæ similes, trahit vnda pauentes,
Ac retrahit: quærunt oculis distantia longè
Littora, & in pontum cogunt lucra semper hiantes.



A. B.

A. B. C. D. LIMITES AC TERMINI SVNT ZODIACI E. F.
ECLIPTICA G. H. LINEA, FINIT CAPRICORNI SIG-
NVM, ET INCHOAT AQVARI. E. I. CAPRICOR-
NI TROPICVS.


CAPRICORNVS αῤῥονέπος pedibus proiectis extra signiferum, capitis anteriori parte imisso ad Sagittarium, pingitur. Eius stellæ sunt in vniuersum 28. quarum precipue sequuntur.


- | | |
|--|--------|
| 1 Vna duarum quæ in cornu dextero existunt. | Tertia |
| 2 Altera earum quæ Boreali zodiaci termino continetur. | Tertia |
| 23 Vna duarum quæ sunt in cauda principio. | Tertia |
| 24 Altera earum quarum etiam paulo ante mentionem fecimus, hæ enim illæ sunt quas tanquã infor-
mes in vicina parte Aquari herere cernimus, quod & numerus eo loco stellis ascriptus declarat, qui in hac
figura idem est. Sic & hoc loco quæ ascribuntur, referimus ad manum sinistram Aquarij. | Quarta |
| 12 In sinistro genu. | Quarta |
| 17 In pectore. | Quarta |
| 19 Vna duarum quæ sunt in spina dorsi. | Quarta |
| 14 Vna duarum quæ sub ventre habet. | Quarta |
| 28 In cauda extremitate. | Quarta |

Earum situs quem in cælo habent ex figura erit petendus.

SAGITTARIVS.

28 PAR metus ex pelago tibi sit quoque, sole Sagitta
Cum leuis adflatur, cum lux in arundine flagrat,
Ignis mundani cum tela extrema coquuntur.
Cumque Sagittiferi torret vapor aureus Arcus.
Tum quoque si piceam spectaris surgere noctem
Informem tetrìs tellurem vt vestiatur alis,
Littus ama, fuge solers cærulea tegmina noctis,
Exitiumque sali, rabidique pericula ponti
Anteueni, iam solue memor vaga carbasa malo,
Iam prolixarum iacet rigor antennarum.
Mensis at infauti vel duri sideris index
Scorpius exoriens sit tempore noctis adultæ.
Huc matutino veniens procul æquore cælum
Exigit è pelago, telum trahit vltima cauda.
Cunctatur pigro post tergum fidera iuxta,
Arcitenens tardos et gurgite liberat artus.
Tum Cynosura et iam maturæ in tempore noctis
Altius in boream sustollitur, abditus autem
Orion redeunte die, tum brachia Cepheus,
Protentæque manus, mediâque immergitur aluum.






A. B. C. D. LIMITES AC TERMINI ZODIACI E. F. ECLIP-
TICA. G. H. LINEA INCHOANS CAPRICORNI SIG-
NVM, ET TERMINANS SAGITTARII
DODECATEMORIVM.

SAGITTARIVS, τοξότης, Arcitenens, cuius pectus cum capite & cum dimidio arcus, sunt in zodiaco, cetera sub ipso zodiaco apparent, numero stellarum copiosus est, cum & Corona quae prioribus pedibus adiecta est hoc sidus exornet σέφκος τοξίος dicta. Stelle autem quibus in vniuersum constat sunt 31. sed inter eas non nisi istae sequentes aliquantulum splendere visuntur.

- | | | |
|----|---|---------|
| 23 | In calcaneo sinistri pedis anterioris scilicet, in vicina & contigua parte Corona harena. | Secunda |
| 24 | In genu sinistro, inter hanc & superiorem, Corona interiecta est. | Secunda |
| 1 | In sagitta ferrato acumene. | Tertia |
| 2 | In sinistra manu qua arcum tenet. | Tertia |
| 3 | In ea arcus parte qua in Austrum proclinat. | Tertia |
| 4 | In illa parte arcus qua septentrionem respicit, in vicina & contigua Ecliptica sede. | Tertia |
| 6 | In humero sinistro. | Tertia |
| 22 | In latere sinistro. | Tertia |
| 23 | In dextro calcaneo anterioris pedis. | Tertia |
| 27 | In pede dextro posteriori. | Tertia |
| 26 | In femore sinistri pedis posterioris. | Tertia |

Inter Australem piscem, & caudam, eiusdem magnitudinis quaedam stella conspicitur in caelo, eas ad caudam Sagittarii referre licebit.


Exprimitur autem situs earum quo sese in caelo amplectuntur ipsa figura.



ARATEA PHAENOMENA.
LIBRA ET SCORPIVS.

41

Antiqui illi Astrologi, qui Zodiacum primi in duodecim partes secuerunt, singulis ijs partibus animalis cuiuspiam nomen imposuerunt, seu quod stellæ quæ eo loco essent, aliquam eorum animalium formam exprimerent: aut quod earum natura vis atque efficacia, aliquam cum ijsdem affinitatem haberent: siue etiam vt immortalis hoc modo redderent alicuius memoriam, qui aliquid præclare hic in terris gelsisset: quod vt commodius facere possent ex multis stellis quæ in quaque Zodiaci parte essent, eas assumebant, per quas figura quam ipsi volebant aptissimè fingetur. Cum autem in hac Zodiaci diuisione animaduernerent Scorpij figuram tantam esse, vt duarum partium Zodiaci spaciū occuparet eam in duo signa diuiserunt, & ex prioribus eius stellis aliud signum formantes, illud, libram nuncupauerunt, siue quod libræ persimilem figuram referat, siue etiam quod vbi sol ad eius initium peruenit diem nocti æqualem, ac si certa statera libreret, efficiat. quod autem ex posterioribus efformatur stellis Scorpioni destinatum est. Quemadmodum itaq; veteres vnum signum volunt duplici tamen astrisimo exornatum: eandem rationem in figura constituenda obseruare voluimus, quam adijciendam esse putauimus etiam si ipse auctor nullam vel exiguam horum signorum mentionem faciat. In decorū enim esset dum signa Zodiaci primum locum inter Phænomena obtineant omnia non explicare, & partim ea figuris proponere, partim negligere. Explicabimus primum eo ordine, quo hæcenus consueuimus primas Scorpij partes quibus libræ signum adheret, deinde, Scorpij quæ eam sequitur imaginem.



A. B. C. D. LIMITES AC TERMINI SVNT ZODIACI, E. F. ECLIP-
TICA G. H. LINEA, INCHOANS SAGITTARIVM ET TER-
MINANS SCORPIONEM, I. L. TROPICVS HY-
BERNVS QVI ET CAPRICORNI DICTVR,

Libra Chela χαλαι. Veteres Chelas brachia Scorpij vocarunt, alias dicitur ξυγος siue Iugum, sunt autem libra stelle, quæ ex Scorpio mutuata octo, quarum præcipua sunt ista.

F

3 In eius

- 3 In eius parte oris Scorpij, qua Septentrionalior est, prope trutinam herens.
 1 In Australi parte Scorpionis, in ipsa ecliptica, qua eius alteram lancem constituit.
 2 In initio chordæ, qua Australis lanx suspenditur.
 6 In australi lance.
 8 In Septentrionali.

Secunda
 Secunda
 Quarta
 Quarta
 Quarta

Exprimitur ut in cælo sunt sita, figura ipsa.


SCORPIVS ἐνδότης, Cauda eius longe extra Tropicum Capricorni progrediens, vsque ad fidus australe, quod dicitur Ara. Galaxia se quoque in fine inserit. Qua occasione Scorpium in cælum venerit ex se quentibus liquet. Orion ex Iouis, & Mercurij, & Neptuni, vrina natus, ubi adolevisset venator egregius evasit, ac cum in ea arte diu multumque fuisset exercitatus, neque reperirentur qui cum eo posset conferri, gloriæ quadam cupiditate motus, se valde iactabat, ac nullum posse animal tam ferum ex terra generari dicebat, quod non sua venandi peritia vellet interficere. Qua de causa, irata terra, Scorpiū produxit, cum quo decertans Orion superatus est et occisus. Iupiter autem ut quid de nimia audacia nocumento sentiret aliquod signum posteris relinqueret, Scorpium victorem ad sidera euexit, & stellis pluribus ornauit, præter eas quas Libram constituere diximus. E quarum numero præcipua sunt hæc quæ sequuntur.

- 8 Media illarum trium quæ in eius corpore mediocriter splendent, quæ Scorpij cor nuncupatur lucida & magis rutilans existens, Græcè αὐτοῦρος dicta. Secunda
 9 Altera predictarum trium quæ in eius corpore sunt. Tertia
 7 Tertia harum quæ magis ad Libram accedit. Tertia
 2 Vna ex tribus quæ sunt in eius fronte, illa scilicet, quæ ecliptica ab Australi parte adheret. Tertia
 1 Altera harum quæ à parte Boreali est. Tertia
 3 Tertia ad Austrum proclinans, terminum Zodiaci prope contingens. Tertia
 12 In primo Caudæ spondilio. Tertia
 13 In secundo. Tertia
 14. 15. In tertio. Quarta
 16 In quarto quæ quasi incidere videtur in galaxiam contactum. Tertia
 17 In quinto hæc cum sequentibus Galaxiam occupat. Tertia
 18 In Sexto. Tertia
 19 In eodem. Tertia
 20 Ea quæ extremam caudæ præcedit. Tertia

Exprimantur autem uti in cælo sunt & se mutuo amplectuntur, schemate præsentia.

SAGITTA.

QVIN norunt alia superum conuexa Sagittam:
 Sed tamen hæc arcu tereti caret, infcia nerui:
 Infcia nam domini est: cælum super aduolat ales,
 Ales Olor, sed Threicio conterminus axi,
 Cana pruinosas extendit colla sub Arctos.



A. B. TROPICVS CANCRI C. D. F. G. EXTREMITATES
 LACTEÆ VIAE SVNT. G. H. LINEA. PER AQVA
 RII INITIVM TRANSIT.

SAGITTA.

SAGITTA, ὄϊσος, Telum, Demon meridianus, hac voce Galaxiam aliquos appellasse testatur Scho-
nerus, in cuius splendidissima parte hoc Telum cernitur. Est prope alam dexteram Vulturis volantis, atque
illud Telum refert, quo Hercules vt Prometheus ad Caucasum montem alligatum ē vinculis atque cru-
ciatibus liberaret aquilam, eius viscera dispascentem interemit. Hac Sagitta deinde in memoriam tanta
virtutis, quae in Hercule apparuisse, ad caelum euecta est, & stellis quinque exornata: quae iam sequuntur.

- 1 In Sagitte illa parte quae ferro iungitur, quae in linea incidit.
- 2 Quae vicina est priori in acumine existens ferro.
- 4 In praecedentis eius vicina parte.
- 3 Quam proxime huic accedens, quae tres, linea recta coniunguntur.
- 2 Est & minute quantitatis alia vix conspicua.

Quarta

Quinta

Quinta


Quinta

Sexta

Figura situm declarat.

AQVILA

29 **ARMIGER** hanc etiam Iouis aduolat, arbiter ignis
Aetherij, sed membra minor: procul hic tamen alto
Cum redit à pelago, & mouet in conuexa volatum,
Fine tenebrarum, summæque in margine noctis,
Spumofum latè mare subruit, omnia cæli,
Omnia terrarum mox flabra procacia verrunt.



A. B. AEQVATOR, IN CVIVS VICINA PARTE HAERET AQVILA.

C. D. LINEA TERMINANS CAPRICORNVM.

ET INCHOANS. AQVARIVM.

AQVILA, Μερως, ἄετος Vultur Volans, iuxta aequinoctialem sita, qua parte Galaxia transit ad
Sagittarium. Hac non illa est Aquila quam paulo ante Promorhei Iecur atque intestina depositam & ab
Herculis Telo interemptam diximus: sed illa qua Ganymeden rapuit & ad cælum transtulit. Fuit enim hac
avis praeter ceteris omnibus Ioui dilecta, solaque aduersus Solis radios apertos oculos intente tenere potest.
Aquilâ igitur ob expetitâ hanc prædâ quâ illi attulit cælesti sede adherere voluit, et stellis nouâ decorare.

- 3 Media illarum trium lucida in μετωχέρος Aquila, siue ἄετος dicitur. Arabica Alkair. Secunda
- 2 Illa quae in collo haeret vna ex tribus dictis. Tertia
- 1 Tertia harum quae ad caudam proclinant. Tertia
- 1 In capite. Quarta
- 6 In fine caudae. Tertia

Illâ quae paulum ab Aquila distat numero 1. notata est in capite Antinoi.

Figura monstrat earum in cælo positionem.

DELPHIS.

50 T V M curuus caudam subit inter sidera Delphis,
 Dux Neptune tui quondam super æquor amoris.
 Hic iam detrusæ in latebras procul Amphitrites,
 Arduus occiduos humeris vbi sustinet axes.
 Pleiadum genitor, perreperat hic vagus omni
 Gurgite dilectam domino maris ultimo ab orbe.
 Mollis dorsa tulit: breue signo corpus in astris,
 Et super auritum ponto surgit Capricornum:
 Hic medios artus teter stupet, altera porro
 Quatuor illustrat facibus rubor aureus, atque
 Bis gemino discreta situ micat ignipotens lux.
 Omnia quæ soli & rigido interfusa aquiloni
 Aetheris incurui moles rotat, inque frequentes
 Occasus ortusque trahit moderator Olympi,
 Sunt digesta mihi, quæ rursus limite abúsque
 Sese Hyperionio, pluuiæ concava in austri
 Dimittunt, tetram donec notus ambiat æthram,
 Dicere Romuleo connitor carmine solers.



A. B. TROPICVS CANCRI. C. D. AEQVATOR A. C. LI-
 NEA TERMINANS SIGNVM CAPRICORNI
 ET INCHOANS AQVARIJ.

'DELPHINVS, de Aquis intra Venterem & Equum minorem occupans spaciū, caudam depri-
 mens ad aequatorem, caput erigens ad Tropicum, sed tamen nonnihil depressum versus Pegasus. Dupli-
 cem causam reddunt quod Delphinus in cælum sublatus sit: prima est eorum qui asserunt Neptunum

olim Amphitriten adamasse, cumque sibi coniugio iungere niteretur, illam, qua perpetua virginitate vivere decerneret fuga Atlantem montem petiuisse, in extremis videlicet occidentis partibus. Postea vero Neptuno diuersos homines ablegante, ut inuestigarent quonam illa terrarum peruenisset solum Delphinum piscem, aut ut alijs placet, hominem quendam Delphinum nomine, illam inuenisse, ac persuasisset etiam ei ut secum rediens Neptuno nuberet. Cuius rei causa is tali nuptiarum apparatusi praefectus deinde etiam in coelum translatus fuerit. Altera eorum est, qui putant Arionem musicum illum excellentissimum, cum olim mare iuxta Siciliam traiceret, ac secum ingentem pecuniam veheret, quam diuersa loca peragrans iucundissima lira sua cantu meruerat aduertisse periculum sibi à nautis atque famulis impendere: qui dicerent satius esse, opibus illis inter se diuisis, dominum in mare praecipitem dare quam perpetua seruitute premi. Itaque cum sibi insidias ita structas esse vidisset, petiuisse ab ijs, ut sibi morituro tantum temporis concederent quo veluti Cygnus exequias sibi ipsi canere & ex suauissimo lira sua cantu, vltimam voluptatem precipere posset: cumque id eis fuisset concessum tam dulce melos cecinisset in suum obitum, ut eius suauitate moti Delphini ad audiendum vnde quaque acceperint: cantuque finito super eos, tamquam ad vltimum suae vitae refugium profluisse, & per vnum ex illis qui tergum ei sponte porrexerat, ad tenarum litus fuisse aduectum. hanc Arionis fabulam & plura alia quae ipse vera esse contendit, narrat Plinius de Delphino. Hac occasione antiqui Astrologi locum Delphino inter sidera tribuerunt eumque stellis 10. ornarunt.

7 Illa qua in eius capite fulget.

Tertia

6 Huic qua proxime adhaeret in ventre exsistens.

Tertia

5 Altera earum

Tertia

4 Tertia earum qua iuncta duabus praecedentibus, triangulum facit.

Tertia

3 Illa quae caudam respicit.

Tertia

2.3. Aliae duae qua huic coniunguntur.


Tertia

Quarum situs vti in caelo sunt dispositae, ipsa figura exprimitur.

De Delphino hac Plinius libro 9. cap. 8. ex quibus non immerito caelum occupare Delphinum colligitur, cum primum locum inter beluas marinas habeat. Velocissimum omnium animalium non solum marinarum Delphinus: sed ocior volucris: actior telo: ac nisi multum infra rostrum os illi foret medio pene in ventre nullus piscium celeritatem eius euaderet. Sed affert morem prouidentia naturae: quia nisi resupini atque conuersi non corripiunt qua causa praecipue velocitatem eorum ostendit. Nam cum fame concitati fugientes in vada inia persecuti piscem diutius spiritum continuere: ut artu emissi ad respirandum emicant. Tanta vi exiliunt, ut plerumque vela nauium transuolent vento. Agunt vere coniugia, pariunt catulos 10. mense, aestiuo tempore. Interdum & binos nutriunt vberius sicut Balena. Atque etiam gestant fetus in infantia infirmos. Quinetiam adultos diu comitantur magna erga partum caritate. Adolescunt celeriter. 10. annis putantur ad summam magnitudinem peruenire. Vivunt & tricenis. Quod cognitum praecisa cauda in experimentum. Abduntur tricenis diebus circa canis ortum occultantur quo incognito modo. Quid eo magis mirum est, si spirare in aqua nequeunt. Solent in terram erumpere incerta de causa. Es statim tellure tacta moriuntur: multoque ocius fistula obturata. Lingua est his contra naturam aquatiliū mobilis, brevis atque lata, haud differens suilla. Pro voce gemitus humano similis, dorsum repandū, rostrum simum. Qua de causa nomen simonis omnes miro modo agnoscunt, malunt quae ita appellari. Delphinus non tantū hominis amicum animal, verum & musica arte mulcetur symphonia cantu & praecipue Hydraulico sono. Hominem non pauescit vel alienum. Obuiam nauigijs euenit. Alludit exultans, certat etiam, & quamuis plene praeterijs vela.

ORION.

31 SVBTRAHIT obliquo quā sese circulus orbe
Signifer, in boream australes egerit umbras:
Ut medij iam mole polifera pectora Tauri,
Suscipit Orion: neque quisquam nocte serena
Transierit, celfo latè se cardine pandit,
Auratūmque rubens dimittit balthæus ensem.



A. B. AEQVATOR CVI MEDIO CORPORE INHAERET ORION. C. D. LINEA, TERMINAT TAVRI SIDVS ET INCHOAT GEMINORVM. E. F., DISTINGVIT GEMINOS A CANCRO.

ORION, $\omega\rho\rho$, qui veteribus latinis Virgula seu ligula est, recentiores sublimatum & fortissimum nominarunt. huius mentionem fieri in sacris literis docti iudicant, cum per Orionem , vnde & mensem Orionem denominatum volunt intelligant. vnde haud dubijs argumentis colligi licet stellarum observationem Phenicibus à sanctis patribus post diluuium, velut per manus traditam esse, Phenices hac apud grecos latius propagasse. vt ita caelestium rerum admirandam cognitionem acceptam ferre debeamus sanctis patribus. Orion sinistra sua, ad Tauri cornu erecta, in qua viridem pannum tenet dependentem cum aliquot stellis, dextra vsque ad Geminos eleuata consistit, pes dexter pertingit vsque ad Leporē qui iuxta Capricorni Tropicum collocatur. Ensis iuxta pendens affixus Orioni, aliquot stellis constat, in dextra manu clauum tenet.

Imago autem Orionis constat stellis 38. sed inter omnes praecipuae sunt istae quae sequuntur.

- | | | |
|----|--|-----------|
| 2 | Rubescens quae in dextero humero refulget. | Prima |
| 35 | Splendida illa quae est in sinistri pedis extremitate. | Prima |
| 27 | Media illarum trium splendorum quae sunt in cingulo. | Secunda |
| 26 | Altera harum quae aequatori magis vicina est. | Secunda |
| 28 | Tertia earum quae magis proclinat in Austrum. | Secunda |
| 3 | Illa quae in sinistro humero haeret. | Secunda |
| 22 | Vna ex quatuor quae sunt in panno viridi quem alij Clypeum vocant. | Tertia |
| 23 | Altera earum quae magis ad aequatorem accedit vicina superiori. | Tertia |
| 24 | Tertia quae aliquantulum distat à superiori. | Tertia |
| | | 25 Quarta |

- 25 Quarta quæ cum superiori in ipso aequatore hæret.
 29 In gladij Manubrio.
 31 In vagina initio ubi gladium recunditur.
 32 Altera earum quæ in eodem conspicitur.
 38 In genu dextero.


Tertia
 Tertia
 Tertia
 Tertia
 Tertia


Exprimitur autem situs quem in cælo stella habent, ipsa figura, quæ admirandum illud sidus præclarissimis luminibus decorum, & cana ac veneranda antiquitate celebratum situs ratione, quem in cælo habet, refert.

Qua ratione Orion in cælum venerit non alienum erit hoc loco narrare. Sunt qui asserunt Dianam Orionis amore captam fuisse, nec violata virginis suspitione caruisse, quapropter ab Apolline sæpius fuisse reprehensam. Et cum propterea Orionis e medio tollendi occasionem quæreret, quodam die in mari natantem conspicatus, ubi nihil supra aquas nisi caput habebat: Diana dixerit, non es tam sagittandi peritosa, ut signum tam exiguum atque remotum, ut illud nigrum quod in mari cernis (Orionis caput demonstrans) possis Sagitta pertingere. Dianam autem ut insignem suæ artis peritiam monstraret, sumpro telo Orionis caput, aliud esse suspicata, subito transfixit. Et ubi errorem suum postea cognovisset, vehementer doluerit, cumque nihil illi iam posset amplius præstare, in cælum ad reliqua sidera euexerit, quo in loco stellis fulget Orion.

SIRIUS.

32 TALIS & ipse virum gemina ad vestigia custos
 Insequitur, sic flammigero distinguitur astro
 Aetheriæ Canis ille plagæ, cui plurimus ardor
 Aestuat in mento, multus rubor imbuit ora,
 Stridit anhelanti face pestifer aëra motu,
 Torret & immodicis terras coquit ignibus astri.
 Hic varios ardet stellis rutilantibus artus:
 Sed non est similis cunctis vigor: vndique quippe
 Aluus cyanea est, mento grauis effluit ardor,
 Qui formidato sub nomine Sirius æthram
 Vrit: huic rutilos si sol adflexerit axes,
 Quantus corporibus, quantus labor imminet agris:
 Marcebunt fata cuncta: diu nanque indiga succi
 Si qua iacent, cedunt, valido penetrata calori,
 Ac decoctorum languebunt germina florum:
 Illa autem interno quæ sunt animata vigore,
 Si prius attollit blandusque illabitur herbas
 Sirius, & dulci nutrit tepefacta sereno.
 Hunc hunc flammanti cum primum vibrat ab ortu,
 Auribus atque animo capimus procul. altera si qua
 Stellarum fulgent, rutilant quæ plurima, longi
 Bellua fert lateris, neque multa luce coruscant.
 Et designandis tantum sunt addita membris.





A. B. TROPICVS CAPRICORNI LONGISSIMAM NOCTEM BREVISSIMAMQUE DIEM CONFICIENS. G. H. LINEA PER CANCRI PRINCIPIVM ET GEMINORVM FINEM, TRANSIENS.

CANIS maior, $\kappa\upsilon\omega\sigma$, ex utroque latere Tropici Capricorni stellas habet, commoratur autem sui alicuius parte in via lactea, cauda attingit nauem quae Argo dicitur, ingens autem illa atque maxima stella, quae in ore eius lucet, Canicula item $\alpha\delta\pi\iota\omicron\varsigma$ dicitur. Hac matutino in exortu in speculo etiam in die medio, impositis aquis contra Solem cernitur. Solisque calorem mire adauget. Solis enim splendor, radij Caniculae, ardentibus Leonis astris dum coniunguntur intentiorem aestum procreare solent quam Sol in longissimo reflexu constitutus Cancrum percurens. trium enim fiderum eiusdem qualitatis comixtio mirum in modum auget aestum. quod Horatius sensisse videtur dum rusticae vitae amantates describit.

Ponendaeque domo quaerenda est area primm:
 Nouisti ne locum potiore rure beato?
 Est ubi plus tepeant hyemes? ubi gravior aura
 Leniat & rabiem canis & momenta Leonis,
 Quum semel adcepit Solem furibundus acutum

Canis autem hic stellis 18. exornatur, inter quas magis splendent istae quas modo subiiciemus.

- | | | |
|------|---|--------|
| 1 | Lucidissima in eius ore quae Canis vocatur, & sapius scintillat, arabice dicta Alhabor. | Prima |
| 15 | In ventre, inter posteriora femora. | Tertia |
| 18 | In clunibus. | Tertia |
| 14 | In latere sinistro. | Tertia |
| 9 | In pede anteriori sinistro. | Tertia |
| 17 | In posteriori dextero pede. | Tertia |
| 2.3. | In capite. | Quarta |


Quem inter sese situm in caelo obtineant monstratur ipsa figura.

LEPVS.

33 PARVVLVS in stellis Lepus est quoque: nanque

Emicat

Emicat Orion gemina ad vestigia subter
 Vrgetur cursu rutili Canis: ille per æthram
 Effugit instantem, premit autem Sirius ore.
 Auritum primis emittit gurgēs ab vndis:
 Ille minax pauidum supereditur, & procul idem
 Cùm Lepus occiduum sese inclinavit in æquor,
 More latebrarum repetens frēta, Sirius alto
 Defluit ab cœlo, mersumque per humida quærit



A. B. TROPICVS CAPRICORNI, C. D. LINEA TRANSIENS
 PER GEMINORVM INITIA, E. F. PER CANCRI,

LEPVS, λαγώς sub pedibus Orionis, qui baud dubie non alia de causa eo in loco consistit, quam ut pereum, æterna memoria proderetur, quanto opere Orion venandi peritia excellisset. Insignitur autem stellis 12. numero, inter quas sunt istæ lucidiore.

- 7 In medio eius corpore.
- 8 In femore sinistri pedis anterioris.
- 5 In capite.
- 6 In sinistro pede anteriori.
- 10 In sinistro pede posteriori.
- 9 In pede dextero posteriori.
- 11.12. In dorso.

Tertia
 Tertia
 Quarta
 Quarta
 Quarta
 Quarta
 Quarta

Exprimitur autem illarum situs quem habent in cœlo, ipsa figura


ARGO.

34 MAGNVS Iasoniam cauda Canis extrahit Argo,
 Puppe refulgentem: neque enim se Theffala cymba
 Solenni in faciem monstro mouet, extima puppis.
 Surgunt oceano velut alto à gurgite nautæ,
 Cùm portum tenere auidi, volitantia raptim
 Sipara conuertunt, tergóque in curua remuclo
 Littora certatim subeunt simul, illa marinas
 Iam defuncta vias, procul imi littoris algas

G


Pone

30
FESTI AVIENI
 Pone subit, terramque tenens secura quiescit:
 Sic Argo rutilam tantum inter sidera puppim
 Ducitur, occultat rigido tenus altera malo.
 Sponte gubernaculum pupis dimittit in vndas,
 Celfior, ac merso descendit in æquora clauo.



A. B. TROPICVS CAPRICORNI. C. D. COLVRVS SOLSTITIORVM, CAN-
 CRI SIGNVM, A GEMINORVM SIDERE DISTERMINANS. E. F.
 LINEA, TRANSIT PER FINEM CANCRI ET LEONIS INI-
 TIVM. G. H. FINIT LEONEM ET INCHOAT VIRGI-
 NEM. I. L. LINEA INCIDIT IN AEQVI-
 NOCTIVM AUTVMNALE.

ARGOS αργώ, Nauis Iasonis, arca Noe praclarissimum & celeberrimum Antartici caeli fidus,
 hanc nauem inter sidera relata volunt, quod prima omnium fuerit, quo & ob nouitatem eius, & mortu-
 alium audaciam temeritatemque omnibus conspicua foret. Illi enim est triplex circa pectus erat, qui fra-
 gilem truci commisit pelago ratem. Alij autem appellant arcam Noei qua ille, aquis ad insolitam magni-
 tudinem excrescentibus ab ingenti aquarum diluio ac inundatione, deo duce euasit. Exornatur autem
 stellis in vniuersum 48. inter quas praecipua sunt istae, quas modo subiiciemus.



44. Omnium illarum quæ sunt in Argo, naui, lucidissima, quæ in argos gubernaculo Australi, barens καὶ ὠβος dicitur, quemadmodum dictio latinis characteribus adiecta declarat. Hac quemadmodum Canicula fidus toto cælo notissima est, adeo, ut ipse Aristoteles & post eum Plinius orbis habitati rotunditatem ab ipsa probent. Canopum inquit non cernit Italia, quasi dicat propter deuexitatem terre, cum tamen in Aegypto appareat, & Alexandria tertia parte horæ supra horizontem conspiciatur, & in Sicilia horizontem stringat. Americus Vesputius tradit tres Canopos cerni circa verticem Australem nobis in hac terra parte degentibus perpetuo occultatum & demersum: quod tamen non ita intelligendum quasi plures Canopi sint: sed potius cum eandem formam & habitudinem, quantitatem, & splendorem prefeferant cum Canopo, hoc nomine eas appellari voluit. est autem magnitudinis Canopus. Prima


43	Altera in eodem gubernaculo barens Canopo vicina.	Tertia
43	In altero gubernaculo.	Tertia
17	Splendida illa quæ est in imo mali.	Secunda
31	In ipsa naui.	Secunda
32	Huic vicina & contigua.	Secunda
36	In fundo naui.	Secunda
35	Inter præcedentem & illam quæ est in mali imo.	Secunda
37	Illam quæ his duabus coniuncta triangulum constituit.	Secunda
39	Non procul ab hac distans.	Secunda
38	Inter hanc & superiorem.	Tertia
40.4.	Dua illæ quæ aliquantulum ab his remouentur in virginis sede collocatæ.	Tertia
12	In illa parte naui ubi regnat Cancer.	Tertia
6	In naui clypeo.	Tertia
2	In suprema & excelsa naui parte.	Tertia
27	In mali medio.	Tertia
28	Altera earum præcedenti vicina.	Tertia

Quem vero in cælo situm atque complexum habeant, monstratur præsentis figura.

CETOS.

35 'DISTANTEM Andromedam prolixi tramite mundi,
 Perterret Cetos. nam Threicij prope flabra
 Andromedam boreæ celsæ rotat æthere cardo.
 Bellua dira noto vehitur: trahit auster in arcto
 Ora inimica fallo: nam quæ se laniger alto
 Cælo Aries tollit, quæ Piscibus astra duobus
 Augentur, rutilat subter Nereia Pistrix,
 Efflua percurrentes non multi fluminis astra.
 Illam memor longæ formidinis, illa duorum
 Inter signa tenax, horret squalentia monstri
 Terga procul, pauidumquæ super caput inserit vndis





A. B. AEQVATOR. C. D. TROPICVS BRVMALIS, F. G. LINEA TRANSIENS PER FINEM PISCIVM ET ARIETIS INITIVM. G. H. TRANSIT PER FINEM ARIETIS ET TAVRI INITIVM

CETVS, κητος, Balena, quem quidam marinum Leonem, quidam visum appellant, capite attingit Arietem, pectore Eridianum, cauda in vno latere Aquarii locum, altero Tropicum Capricorni, occupat raras ob magnitudinem stellas habere videtur, cum tamen non sint vsque adeo rara. Paucis admodum explicant causam ob quam astrum hoc, & nomen & caeli locum sortitum. Aserunt, à Neptuno Andromedam veheinenter fuisse adamatam cumque non posset ille precibus vllis quod cupiebat impetrare, fuisse supra modum indignatum, adeoque vt ob eam causam ingentis magnitudinis Cetum immiserit, qui illam deuoraret. Sed accidisse tunc vt Perseus nescio quo felici fidere, acceperit, tunc forte victor reuertens ab expeditione contra Gorgonas: qui cum generosissimam pulcherissimamque puellam in Saxo, vt illi bestia marina esca fieret, alligatam videret, misericordia quadam motus illam liberavit, vxoremque duxerit, Cetum vero interemerit. Neptunum, quod Balena sua causa mortem appeteret videri, illam in caelum transfuisse ac 22. stellis conspicuam reddidisse. è quibus magis lucida sunt istae sequentes.


- | | | |
|-------|---|---------|
| 14 | Splendida quae est in medio corpore ipsius beluae, quae venter Ceti nuncupatur. | Secunda |
| 3 | In ore. | Tertia |
| 2 | In labro inferiori. | Tertia |
| 4.19. | In capite ea quae incidit in initium Tauri, & illa quae in nodo haeret. | Tertia |
| 22 | Vna earum quae sunt in eius cauda nempe ea quae magis vergit ad Austrum. | Tertia |
| 21 | Altera harum quae non in Austrum sed in septentrionem proclinans in sede piscium haerens. | Tertia |
| 15 | Illa quae est in dorso. | Tertia |
| 16 | In praecedentis vicina parte quae magis ad caudam defleat. | Tertia |
| 12 | In ventre. | Tertia |
| 10 | Vna illarum quatuor, quae in eius pectore quadrilateram figuram efformant. | Tertia |
| 89 | Due aliae vicinae. | Quarta |
- Earum situm atque imaginem exprimit ipsa figura.

FLVMEN.

36 QVIN & caeruleo flumen quoq; gurgite manans

Astra

Astra inter sedesque deum, pars æquoris esse
 Credidit Aufonij: nanque hunc dixere priores
 Eridianum, Venetos latè qui lapsus in agros,
 Alpino Adriacos impellit gurgite fluctus:
 Hic fufum cælo quondam Phaethonta sub vndas
 Excepit senior, leue cùm fenfere iugales
 Aetherij rectoris onus, cùmque ignifer axis.
 Tramite sub mundi mortales fpreuit habenas,
 Dijs data tum latè texere incendia terras.
 Astra vorax ignis, flammæ sola cuncta coquebant,
 Donec fata fui miferatus Iuppiter orbis,
 Redderet ætherij Phœbo moderamina cursus.
 Illum prolixis duræ Phaetontides vlnis
 Planxerunt, redijt supero pax aurea mundo.
 Eridanumque senem nutu Iouis omniparentis
 Astra receperunt. Pharium pars altera Nilum
 Commemorat, largo fegetes quòd nutriat amni,
 Arentisque locos, vnda fœcundat alumna,
 Vel quod de medij prolapsus parte dici,
 Vastus in æquoreas pelagi fefe inferat vndas.
 Iste pedem leuum rutili fubit Orionis,
 Fusaque quæ geminos adstringunt vincula Pisces,
 Eridani coeunt anfractibus, vt procul ille
 Tenditur effufi vi gurgitis: huc quoque cristæ
 Cedit apex, fuma quæ lux Piftrice corufcat
 De fuper, & flamma caudarum cingula figit.



A. B. TROPICVS CAPRICORNI C. D LINEA INCHOANS
TAVRVM ET TERMINANS ARIETEM, E. F. IN-
CHOANS GEMINORVM SIGNVM, ET
TERMINANS TAVRI.

ERIDANVS fluuius πτόταπος Nilus, illustrem habet stellarum tractum. In vtroque fine insignes habet stellas, vtrinqve vnā. verum illa qua in fine Boreali est qua parte flumen Orioni iungitur, non est huius loci quod & numerus adiectus 35. & figura pedis Orionis, satis declarat, ab hac itaque qua est pedis sinistri, ductus satis densus stellarum exit vsque ad pectus Ceti. Inde rediens, transit extra Tropicū Capricorni, & Meandrico quodam flexu curuatur, donec veniat ad alteram illustrem stellam in medio Capricorni tropici, & antarctici circuli sitam, hanc pulcherimam huius fluuij stellam, Canopum nuncupant cum Canopus Insula quadam sit in Nilo, verum vt paulo ante in nauis explicatione monuimus non desunt qui Canopum stellam eam esse existiment, qua est in Australi remo nauis.

Sunt autem in hoc flumine 34. stella, inter quas lucidiores sunt istae.

34	Splendida illa in fluuij fine	Prima
6	Prima illarum quinque, qua occurrit in regione Tauri cum à pede Orionis progredimur.	Tertia
12	Secunda harum qua magis in septentrionem proclinat.	Tertia
13	Tertia harum qua cum prioribus obrusum Triangulum facit.	Tertia
14	Quarta qua cum prima & tertia perfectam lineam iungit ar.	Tertia
16	Quinta qua est vltra tertiam fluuij partem, si eius longitudinem ab initio metiri volueris.	Tertia
18.19.	Qua sequuntur ex descriptione innotescunt.	Quarta


Illarum autem quam in caelo describunt figura, ipso schemate exprimitur.

PISCIS MAIOR.

37 INTER demissum procul in vada cærulea clauum
Puppis Iasoniæ depictaque terga carinæ,
Et Pistrim vndicolam, Leporis quā tenditur aluus
Stellarum creber rutilat rubor, haud tamen istis
Vel lux multa micat, vel fit memorabile nomen:
Nulla etenim forma flammaram Iuppiter ignes
Discreuit, nullos simulant hæc corporis artus,
Qualia digesto mundus sacer ordine voluit,
Semper in antiquum retrahens iter omnia secum
Seculorum serie longa istas denique signant
Interualla faces, similis quoque lux habet omnis
Par modus, occasu pariter referuntur & ortu,
Ne expectanda forent ponto quòd sola carerent,
Cætera descriptis aptantur singula membris,
Formarum flagrans leporem, quā Sirius vrget
Languida, nec certo sub nomine cuncta feruntur:
Vltra setosi rursus speciem Capricorni,
Cardinis immergi quā suut australia flabra,
In Pistrim horrificam conuersus viscera piscis
Subuehitur. notium vocat istum Græcia piscem.
Stellæ aliæ mundo quā pulcher Aquarius instat,
Et quā cristato confurgit bellua dorso,
Vsque sub aërij rutilantia sidera Piscis,

Sunt

Sunt mediæ flammæ steriles ac lucis egenæ:
 Nam passim ignoti vice vulgi semet in æthrem
 Protollunt dextram, sed tantum propter ephebi
 Pocula, quem diuûm mensis gestare loquuntur,
 Efflua se species liquidarum fundit aquarum
 Partes in geminas: lux illic clara duabus
 Est solum facibus, non hæc spaciofa per æthram
 Interualla tenent, neque lumen lumine forte
 Collidunt, vni Phrygium nam subter ephebum
 Ardet apêx, alij quâ curuam bellua caudam
 Terminat insignis, lato vomitur globus igni.
 Cunctis nomen Aqua est, quæ stellæ denique propter
 Ora Sagittigeri, quâ si vestigia prima
 Cornipedis simulant, circunuoluuntur Olympo
 Quies face sub tenui tenebrosus marceat ignis.



H. LINEA TERMINANS AQVARIÏ SIGNVM ET INCHO-
 ANS DODECATEMORIVM PISCIVM

PISCIS Austrinus Ἰχθὺς νότιος Marinus seu magnus, qui ideo in cælû translatus esse dicitur quod
 olim venerem in fuga Giganti exceperit. habet in ore stellam lucidam primæ magnitudinis, Arabica Fo-
 mahant vocatam. Constat autem stellis 12. ex quibus istæ quæ sequuntur sunt præcipuæ.

1 Splendida in eius ore, ea ipsa, quæ est in fine aquæ quæ effundit Aquarius, hæc supra retulimus, ut in aquarij
 explicatiõe videre est, ad effusam ex vrna Deucalionis aquâ, quæ admodû id etiâ numerus adiectus declarat.

- | | | |
|----|--|--------|
| 8 | In dorso. | Quarta |
| 9 | Quæ huic proxime adhaeret magis in caudam proclinans | Quarta |
| 7 | Ab alio latere superioris. | Quarta |
| 3 | Vna duarum quæ sunt in ore iuxta splendidam. | Quarta |
| 4 | Ea quæ quasi media est, inter splendidam & superiorem. | Quarta |
| 5 | In summo capite. | Quarta |
| 11 | Prope caudam. | Quarta |
| 10 | Magis versus dorfi spinam. | Quarta |
| 12 | In extremitate caudæ. | Quarta |


Earum collocatio, at quæ situs quem in cælo habent, ex schemate suavitè petendus.

ARA.

38 ECCE venenatæ quâ Scorpius agmine caudæ
 Plurimus erigitur, tepidûmque supermicat austrum,
 Paruulus hic Arâ locus exprimit. hoc satis arcto

G 4 Tem-

Tempore suspicies mundo rutilante referri
 Nam polus aduerso qui tollitur axe Bootis,
 Quantum suspenso vada linquit turbida cœlo
 Ociani, tantum in sibimet contraria tendit.
 Arcturum vertex leuat arduus, imbrifer austri
 Aram cardo premit: breuis olli semita cœli,
 Occasusque celer, tamen isto luciparens nox
 Fata hominum miserata prius, miserata labores,
 Certa procellarum statuit procedere signa,
 Ne tibi cum denso conducitur aëre cœlum,
 Inter nimbiferas nubes spectabilis extet
 Ara poli, longa ut glomerent, circumque supraque
 Foeta pruinarum se vellera, qualia tristi
 Coguntur vento, terraque excita per æthram
 Nubila conceptos effundunt de super imbres.
 Non Aræ, non sit tali sub tempore vertex
 Clarior hoc: nam sæpe nouum prænoscerè signo
 Nox docuit, noctis si quis præcepta sequatur,
 Incaustum zephyri voluunt mare: si quis at ista
 Respuat, incautas percellent flabra carinas:
 Vix, scis, fera Iouem subeat miseratio rerum,
 Pigra salus nautis redeat fluitantibus alto.
 Certior ast ollis veniet spes, axe supremo
 Si boreæ stringat rutili coma fulguris auras.
 His signis austri raptabunt flabra fluentum,
 Donec de boreæ rutilum iubar emicet axe.
 At si Centaurum medio sub tramite cœli
 Videris, ut fluctu tantum discedat cœo,
 Quantum adit occasum, sit tectus de super autem
 Nube humerum, & cœlo sint omnia signa priora,
 Eurus erit, verret falsi vada gurgitis curus



A. B. INITIVM SAGITTARII ET FINIS SCORPIONIS C. D.
FINIS SAGITTARII E. F. CAPRICORNI INITIVM

ARA seu Thuribulum θυμιατήριον, Sacrarium, recentiores puteum vocant, sidus non vsque adeo illustre, intra Anarcticum & caudam Scorpj collocatum. Non procul à Centauro distans, septem stellis exornatum.

1	In primo altaris gradu, quæ nunquam nobis oritur, cum Itali conspicua sit.	Quinta
2	In secundo gradu.	Quarta
3	In medio Ara.	Quarta
6	Vna illarum quatuor quæ sunt in medio igni.	Quarta
5	Superiori vicina.	Quarta
7	In fine ignis quæ apparet.	Quarta
4	Omnium vltima.	Quinta

Ha stella in nostro Hemispherio non conspicitur, verū ijs qui minus obliquum horizontem habent & oriuntur vt cætera, de earum autem situ consule figuram.

Titanum Gigantum sapius quoque à nobis facta mentio est in superioribus: Hi cum Iouē summo odio prosequerentur, conabantur magno cum apparatu illum cælesti sede deicere, & montes vastissimos, vt ad sydera vsque posset pertingere, congerebant. Qua de causa, cum cæteri quoque Dij sibi periculum imminere viderent, conueniendum, & aduersus hostis immanitatem fœdus arctissimum inter sese faciendum esse existimauerunt, quod vt maiore religione atque fide seruaretur, ab Cyclopius Vulcani ministris Alsa re sibi fabrefieri curarunt, ad quod omnes vbi conuenissent, iurarunt sese coniunctis viribus immanissimo hosti vnanimis resistere velle: cum autem victoriam postea obtinuissent, voluerunt eam Aram inter sydera collocare, in perpetuam cælestis regni à sese defensi memoriam. Posuerunt ergo illum non procul à Centauro.

CENTAVRVS.

39 CONTEMPLATOR enim geminæ rutilantia formæ
Viscera, quod signis subtexit membra duobus.
Nam qua parte hominem quadrupes sustollit equino
Ventre superstantem, versatur Scorpheus ingens:
At qua cornipedem media vir fundit ab aluo,
Curua venenati sunt tantum brachia signi.
Ille autem dextram protendere visus ad Aram
Cælicolum, iustæ perfoluit munera vitæ
Agrestemque manu prædam gerit: hic vbi celsò
Pelion adsurgit dorso, nemorosâque latè
Inferit aërijs iuga nubibus, arbiter æqui
Egerat Alcide legum post bella magister.





A. B. LINEA TERMINANS LIBRAM ET INCHOANS SCOR-
PIONIS SIGNVM. C. D. TERMINANS SCORPIONEM
ET SAGITTARIVM INCHOANS.

CENTAVRVS, qui etiam *Typhon* dicitur, χένταυρος monstrum, fidus factum, conficit *Lupum*, eodem parique fere modo, iuxta antarcticum circulum ponitur, quo versa maior circa arcticum. Sunt stel-
la eius numero 37. inter quas ista sunt pulchriores,

16 In dextero brachio.

6 In dextero humero.

5 In humero sinistro.

2.3. In capite.

13.14. In medio dorso.

18 Equina species, humana vbi coniungitur.

35 Splendida illa in dextero pede priori.

29 In ventre ad latus dexterum proclinans.

28 In vicina & contigua superioris, parte.

36 In crure priori sinistro.

31 In dextro pede posteriori.

32 In posteriori dextroque Calcaneo.

34 In sinistro pede posteriore.

Tertia

Tertia

Tertia

Quarta

Quarta

Tertia

Prima

Secunda

Tertia

Secunda

Secunda

Secunda

26 Incluni-

26 In clauibus.

Tertia

23 In dorso.

Tertia

Licet hæc stella quas in equina specie Centauri herere diximus, nunquam nobis exoriantur: tamen dum certum sis eas talis forma cælo adharere describendas putauimus. Si igitur si cognoscere velis figuram consule.

FERA, Lupus, & Scorpion, quam bestiam tenet Centaurus, & transfigere videtur. Hæc quasi cadens capite, ad Scorpionem vsque prolabitur, cauda erecta fere ad pectus Centauri, Sunt autem in Lupo stella 19. quarum præcipua sequuntur.

1 In posteriori dextero crure.

Tertia

2 In posteriori dextero pede.

Tertia

16 Vna illarum quatuor quæ in eius capite & collo quadrilateram figuram constituunt.

Quarta

13 Vna duarum quæ sunt in cauda.

Quarta

19 In priore pede sinistro.

Quinta

3 In ventre.

Quarta

Earum situm figura ipsa demonstrabit.


Chiron Centaurus è Saturno & Phyllira natus fuit, cuius tanta iusticia atque religio fuisse dicitur, vt non modo Centauros reliquos omnes, verum etiam homines ipsos ea superauerit: adeoque ea ipsa meruerit in Astrorum numerum referri. Sunt qui asserant Herculem cum illo olim colloquutum de suis rebus copiose, cumque ei sagittas commonstraret, quibus à diuersis monstris victoriam obrinisset, ei forte vna ex manibus ceciderit super Centauri pedem, eumque tam grauiter leserit, vt mortem, ob eam rem, obire fuerit necesse. Iouem vero illius pietate motum, illum in cælum transfuisse ibique ita expressisse, vt prope Altare, de quo diximus constitutus, sacrificare velle videatur, & antiquam probitatem etiamnum testari.

HYDRA.

40 DESUPER ingenti sese agmine porrigit Hydra,
 Quæ prolata falo longè latus explicat æthra.
 In Cancrum protenta caput, caudamque feroci
 Centauro inclinat, transit spaciola Leonis
 Viscera, & ingenti sub Virgine summa quiescit.
 Quinetiam spirare putes, sic agmina cælo
 Lubrica conuoluit, sic spiras pendula torquet,
 Sic & flammigero linguam iacit ore trifurcam;
 Spirarum medio gestat Cratera coruscum,
 Vltima cæruleum sustentat agmina Coruum,
 Ales vt intento fodiat vaga viscera rostro:



Inter cœlestia signa numeratur etiam in cœlo Hydra siue serpens quidam iuxta Craterem plenum a qua situs, qui Coruū siti prope confectum, quo minus bibere ausit, deterreret. Cuius rei rationem reddunt hanc. Appollinem olim sacra facientem, Coruum, ut sibi aquam e fonte quodam hauriret misisse, quod hac auis praeter ceteris in eius tutela esset: ille verò cum iuxta fontem unde aquam haurire debebat, ficum cum immaturo adhuc fructu cōspiceret, iuxta eum confederit, donec maturi fructus fuissent, & tunc tandem postquam multos ex ijs deuorasset, Craterem cum aqua Apollini attulerit. Apollinem autem cum tantā eius moram ferre nequiuisset, & alia aqua usus esset, mox ubi aduolantē cum Cratere vidisset, ex aue candidissima, qualis tunc erat, eum in atram commutasse, & hanc praeterea poenam adiecisse, ut dum ficus maturescunt aquam bibere nequeat. Quares ut aeterna memoria proderetur, hanc Hydra imaginē in cœlo Antiqui illi Astrologi atq; Postea fixerunt, qua & Corui situs uehementia, & Crateris ne inde bibat custodia, uti diximus, exprimeretur. Eorum autem opinio, qui putant hanc esse Lerneā illius Hydra effigiem, quam Hercules superauit, bonis autoribus minimē probatur, neque nos hoc loco recensemus eam historiam, praesertim: quod neque Corui neq; Crateris cur in hoc astro existant, rationem constiueat.



A. B. LINEA, PER INITIVM LEONIS TRANSIT. C. D. PER FINEM
EVS, ET INITIVM VIRGINIS. E. F. PER PRINCIPIVM LIBRAE
SEV AEQVINOCTIVM AVTVMNALE, CVIVS COLVRVS, LITE
RIS G. H. NOTATVR. I. L. TERMINAT LIBRAM. M. N.
AEQVINOCTIALEM. O. P. TROPICVM CAPRICORNI.

HYDRA, ὕδρως, longissimum sidus, caput Cancro fere annectit: deinde preteriens Vrsu, Coru, peruenit vsque ad caput Centauri, adeo, vt fere per 90. gradus transeat, vbi in caelo Cancer, Leo, & Virgo sita sunt. Stellas autem habet 25, ex quibus celebriores sunt istae quae sequuntur.

- | | | |
|--------|---|---------|
| 12 | Post primum Hydra flexum, non procul à collo, in numero assignando erratum est à sculptore, cum | |
| 21. | pro 12. sculpsit. | Secunda |
| 16 | Vna duarum quae sunt in medio eius ventre, prope Craterem. | Tertia |
| 18 | Altera harum quae propius ad Cratera accedit. | Tertia |
| 23 | Iuxta caudam, fere inter Coru, & Craterem. | Tertia |
| 1 | Supra sinistrum oculum. | Quarta |
| 2 | Vna earum quatuor, quae in capite quadrilateram figuram constituunt. | Quarta |
| 3 | Vna duarum quae in primo nodo sunt. | Quarta |
| 10 | Illa quae post primum eius flexum deinceps sequitur. | Quarta |
| 14 | Vna duarum quae sunt in secundo flexu. | Quarta |
| 20 | Illa quae vas ipsum sequitur, in Tropico Capricorni haerens. | Quarta |
| 21.22. | Duae illae quae sunt in regione Librae. | Tertia |
| 24 | Quae subiecta est caudae Corui. | Tertia |
| 25 | Illa quae est in caudae extremitate, & proxime adheret vertici ipsius Centauri, quemadmodum caudae hydre capite Centauri adpicta, declarat. | |

Exprimitur harum situs vti in caelo locatae, figura hydra.

CRATER, κρατήρ, Vas, seu urna, Vrcens, iuxta aequinoctialem ponitur, vbi zodiaco iungitur: sed paulo est depressior versus Tropicum Capricorni. Inbet autem stellas quibus exornatur septem.

- | | | |
|---|--|--------|
| 1 | Illa quae est in eius pede cui insistis. | Quarta |
| 7 | In ansa boreali. | Quarta |
| 6 | In ansa Australi. | Quarta |
| 4 | In orificio seu labro extremo. | Quarta |
| 5 | In illa parte marginis, quae ad Septentrionem spectat. | Quarta |
| 2 | Vna è duabus quae in medio eius corpore sunt. | Quarta |

Exprimitur autem harum situs ipso schemate.

CORVVS, κόρυξ, qui hydra insistit, fabula legatur de Coruo li. 2. Fasto Ouid. Sunt stella Corui 7.

- | | | |
|---|----------------------------------|--------|
| 1 | In rostro. | |
| 2 | In capite. | Tertia |
| 5 | Ad sinistra ala exortum. | Tertia |
| 6 | In vicina praecedentis, parte. | Tertia |
| 4 | In ala dextera. | Quarta |
| 3 | In collo. | Tertia |
| 7 | In pede sinistro, | Quarta |
| | De earum situ vide schema Corui. | Tertia |


PROCYON.

41 ULTIMVS est Procyon Geminorum subditus astro,

H 3

Ore

Ore micans rutilo, trina face viscera lucens.
Ista volutatos cernuntur cuncta per annos,
Hæc vehit Oceanus pater omnia, mersaque rursus
Hauriet Oceanus, trahit ingens machina coeli,
Cuncta superpingunt rutilam sua sidera noctem.



A. B. EQVATOR C. D. LINEA TRANSIENS PER LEONIS
INITIVM ET CANCRI FINEM.

MINOR Canis, seu Canicula, $\pi\epsilon\sigma\kappa\upsilon\sigma\pi$ duarum stellarum. est quarum lucidissima à Plinio Canicula dicitur, Arabibus Algomeisa, Alias dicitur Antecanis, cum ante canem oriatur.

2 Splendida qua Canicula nuncupatur.

1 In collo.

Earum situm atque imaginem exprimit ipsa figura.

Prima

Quarta

PLANETAE.

42 QVINQVE itidem stellæ, similis quibus haud sit imago,
Nec quas formarum doctus notet adfixarum,
Per bisseña poli volitant rutilantia signa.
Nullus eas alio pacto deprendere certet:
Tam vaga per totam cunctis via defluit æthram,
Semper & aduerso referuntur tramite mundi.
Mundus ab Eoo trahitur reparabilis alto,
Pronus Atlantei procul in vada cærule ponti:
Illæ in subiecti cogunt iter ætheris orbem,
Nitentes in summa poli, motuque feruntur
Aduerso Solis radijs, ceu cum vada cymbam
Prona vehunt, si quis prora nitatur ab alta
In pupim proferre pedem, via carpitur olli
Curfibus inceptis contraria: vis tamen istis
Obuia, labenti semper sustollitur æthræ,
Vnicæque in Solis adolent incendia flammis,
Longa volutandis tamen ollis tempora currunt,

Pigrâ-

Pigrâque se referunt, sedes sortita priores
 Omnia: non illas animis audacibus ergo:
 Carmine non cæco tentauimus, hoc fatis vnum
 Musa mihi, fatis hoc longi labor egerit æui,
 Si defixarum cursus & signa retextam.

Corpora cœlestia bifariam diuidi potissimum hoc loco obseruandū erit: in stellas fixas, de quibus iam diximus: & in stellas erraticas seu Planetas. Ratio nominis inde sumpta, non quod innumera illa stella, omnino adhæreant & affixæ cœlo sint: sed quod eandem inter se distantiam & habitudinem perpetuo obseruent: sic Vergiliarum compago nunquā soluitur, nec Anguis qui inter vtramque Vrsam labitur semel circumfusus non mutat amplexum, sed eosdem semper asteriscos, seu animalium effigies, seu Geometrica & χηματα, conficiunt. Non enim consentaneum est, ac rationi conuenit, hunc innarrabilem & infinitū stellarum numerum, pluribus contorqueri sphaeris, cum cœlestes imagines omnium seculorum testimonio sibi eodem modo consent, nec inuicem distabantur. Erantes autem, qui & Planetae dicuntur, non quod incerta lege vagentur ac errēt, sed propter diuersitatem & dissimilitudinem vniformis & regularis motus ipsorum: miram enim varietatem oculis nostris obijciunt: occultantur enim aliquando, & rursus aperiuntur, tum accedunt, tum recedunt à Sole: Aliquando etiam antecedunt, & aliquando subsequuntur, tum mouentur celerius tum tardius, tum omnino ne mouentur quidem, sed ad quoddam tempus subsistere videntur. Quod autem ad motum attinet, alium, atque calum ipsum habent: dum enim extremum cœlum, immensa celeritate impetu, in lauam mundi partem, hoc est in occidentem, cōuertitur: ipsi Planetae, in aduersam partem nituntur, & propria incitati vertigine, suos passus absoluunt. Sunt autem numero septem, Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna, verū nos in sequentibus, eo neglecto ordine, primo loco, de Sole dicemus. Hunc enim Plinius, Mundi totius animum, ac planius mentē appellat, principale naturæ regimen, ac Numen.

DE SOLE.



*SOLEM varijs appellationibus (vt hinc ordiar) & ijsdem sanè quam appositis, priscos rerum cœli & naturæ interpretes, merito insigniuisse semper existimaui. In quibus, vt poeticas omitram, celebres habentur, Phœbus, & Apollo. Illa, quod φῶς τοῦ βῆ, hoc est, lumen vitæ omnibus infundat. Hac, Eusebio Cui Sol dicatur teste, quod ἀφ' ἧς τοῦ νόσου, id est, morbos deleat. Vnde primam medicinæ originem, ritè sibi in-
 aut horare, seque opiferum, apud Nasonem, iure vocare, mihi videtur.*

*Inuentum (inquit) Medicina meum est: opiferq; per orbem
 Dicor.*

Cur Sol, sine
Apollo medi-
cine inuētor.

Nam salutaribus suis radijs, adhuc vitali motu, & tepore planē diuino, quacunque de vestigijs motu
ris vtero prodeunt: & materiam curandis, abigendisq; morbis idoneā sufficiunt, de super vegetat, fouet,
ac facultatibus partim cognitis, partim abstrusis, aspirante reliquo stellarum choro, efficaciter illustrat.
Ex quo fit, vt apud eundem Poetam de se etiam meritis dicat.

Herbarum subiecta potentia nobis.

Ouid. Lib. 1.
Mera.
Claud. Pto-
lem. libro 1.
ἀποτλασμά
των.

Ille enim vnus est, qui & luce, & viribus, & calore, adhuc magnitudine, energie, ac spiritu, vniuersa
tam in superiori, quā in inferiori mundo excellit: leniter calefaciens, & fouens: cum effectione sensibus
manifestiore, quā reliquorum planetarum. In quam rem fidissimū accersam testem Claud. Ptolem. sua
sic lingua nobiscū loquentem, ὁ ἅλιος κατέληπται τὸ ποικιλικὸν ἔχον τῆς οὐσίας ἐν τῷ θερμοῖνεν
ἀποτλασμά
των. ἡρεμα ἐπαί νεν. καὶ ταῖς μαλιστα τῶν ἄλλων ἡμῖν ἐνασθιτότερα γένηται. Διὰ τε τὸ μέγεθος
ἀντὶς, καὶ τὸ τῶν κατὰ τὰς ὥρας μεταβολῶν ἐναργές. Quod est: constat Solē vim habere calefaciē
di, & leniter deficcandi: quā effectiones facilius sensibus percipiuntur, quā aliarum stellarum: propter
eius magnitudinem, & euidentes mutationes in anni vicibus ac temporibus. Hac ille. Quā dum argutissi-
mus inter Peripateticos Auerrhoēs, præclarē, vt multa, intelligeret, cum antiqua philosophia, vitæ & ge-
nerationis seminaria, penes Solem constantissimē deponere nihil est veritus, vt, qui moderatum calorem,

Sol, quomodo
vitæ & gene-
rationis au-
thor.

primigenium rerum humidum, modificantem, foueat, & excitandum, vegetandumque suscipiat: sicut
succisua rerum mundi generatio quotannis indicat. Quotusquisque enim est, qui natura seriem contem-
plans, non videt de Solis accessu & recessu, vitæ, ac interitus signa in omnibus infundi? quid inquam sig-
na? imò verò vitam ipsam, & interitum præsentissimē immitri? Quis non obseruat quotannis exporre-
ctissimum telluris gremium, solares radios (in quibus tepor ille æthereus, & aura planē cælestis omnia ex-
bilarans delitescit) tanquam semen aliquod vitale, & prolificum, non dicam excipere, sed vteri muliebris
modò, ad rerum generationem, quasi emulgere, ac pertinacissimē retinere. Quod in animalium, nedū ve-
getabilium generatione, & per certos gradus incremento, cum Peripateticis locū etiam habere tibi por-
suadebis. Nam Sol & homo, vt scribit Aristoteles, hominem generant, Sol & planta, plantam. Qui homo,

Terram solis
radios mereo-
triciari.

(nam de illius corporis sympathia, & ὁμοιοῦσα cum cælis hic maximē agere institui) quia quādiu spirat,
viuere dicitur, ideo spiritus (quos pro innato calore incomparabilis ille Galenus quandoque agnoscit) cor-
pus mouentes, sensus excitantes, & cogitationes, mentemque fouentes, Soli qui vniuersa mouet, agitque,
& viuentium omnium, post Deum, est causa, iure optimo veneranda ascripsit antiquitas. Qui spiritus, Ho-

Aristoteles
lib. 1. de phy-
sica auscult.

mero omnis philosophia fonti vberrimo, tales quotidie nobis inesse traduntur, quales Sol, planetarū prin-
ceps ac dominus, afflat, mouet, irradiat, & per medium aërem apparat, excoquit, ac elaborat. Quem vnū
(aërem dico) quia Hippocrati & Galeno, qualis qualis est, velimus nolumus, continenter, ac necessariò in-
spirare cogimur: & pulmonum adminiculo, per os, & asperam arteriam, attrahere: & hinc rursum in fi-
nistrum cordis ventriculum, spirituum corpus vegetantium, & animale vim, vt alibi docuimus, instau-
rantium, & fouentium plenissimum, emittere: Adhuc in cerebrū, per nates, & in corpus vniuersum, quod
torum est conspirabile & conflatile, per arteriarum anastomoses, & poros excipere: mirum videri non de-
bet, si pro aëris motu & temperatura, de Sole & vniuersa cæli facie pendente, vno die, quā alio hebetō
res nobis spiritus, aut acutiores inesse deprehendantur. Præsertim animales, & qui ab his manant sensus
rationi perinde seruientes, atque sanguini spiritus ipsi. Vnde, illi tales nobis adesse solent, quales sunt spi-
ritus, & spiritus tales, qualis est sanguis humores reliquos complexus. Quos humores, ab aëre, & his, qua
intra corpus iniiciuntur, sic, vel sic temperari, ac modificari, docet medicus, assentitur philosophus. Ex quo.
rectē dixisse mihi semper sunt visi Hippocrates, & illius ὁ γυγχοπος Democritus, cum plerisque omnibus
medicis & philosophis, permultum referre, sub quali cælo & solo corpora locentur ac viuāt. Quod in plani-
tis, nedum in solis hominibus etiam locum habere existimabis.

Soli spiritus
ascribuntur,
quorū est fau-
tor & excita-
tor.

Aëris neces-
sitas & sum-
ma in nostrū
corpus inie-
ctio.

Spiritus no-
stros aëri sub-
seruire.

niſtrum cordis ventriculum, spirituum corpus vegetantium, & animale vim, vt alibi docuimus, instau-
rantium, & fouentium plenissimum, emittere: Adhuc in cerebrū, per nates, & in corpus vniuersum, quod
torum est conspirabile & conflatile, per arteriarum anastomoses, & poros excipere: mirum videri non de-
bet, si pro aëris motu & temperatura, de Sole & vniuersa cæli facie pendente, vno die, quā alio hebetō
res nobis spiritus, aut acutiores inesse deprehendantur. Præsertim animales, & qui ab his manant sensus
rationi perinde seruientes, atque sanguini spiritus ipsi. Vnde, illi tales nobis adesse solent, quales sunt spi-
ritus, & spiritus tales, qualis est sanguis humores reliquos complexus. Quos humores, ab aëre, & his, qua
intra corpus iniiciuntur, sic, vel sic temperari, ac modificari, docet medicus, assentitur philosophus. Ex quo.
rectē dixisse mihi semper sunt visi Hippocrates, & illius ὁ γυγχοπος Democritus, cum plerisque omnibus
medicis & philosophis, permultum referre, sub quali cælo & solo corpora locentur ac viuāt. Quod in plani-
tis, nedum in solis hominibus etiam locum habere existimabis.

Virgilius in
Georgicis.

Hic segetes (inquit Poeta) illic veniunt felicius vnae:

Arborei foetus alibi: atque iniussa vireſcunt

Gramina.

Et rursum.

Nec verò terræ ferre omnes omnia possunt:

Fluminibus salices, crassisque paludibus Alni

Nascuntur: steriles saxosis montibus Orni.

Littora Myrtetis lætissima denique apertis.

Bacchus amat colles, aquilonem, & frigora Taxi.

In brutis præterea, & auium omni ferē genere, idipſum etiā tibi licebit, dū voles, explorare. Quibus na-
turale hoc esse solet: vt per serenum aerem & lymphidissimum cælū, exhilarentur, cantillent, & (vt sic di-
cam)

can) videant: per obscurum verò & pluuium, tristentur & gemant: vel fidem faciente eodem Poëta.
Verum (inquit) vbi tempestas & cœli mobilis humor
Mutauere vias: & Iupiter humidus austris
Densat erant quæ rara modo, & quæ densa relaxat:
Vertuntur species animorum, & corpora motus
Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat,
Concipiunt. Hinc ille auium concentus in agris,
Et læta pecudes, & ouantes gutture Corui.

Volucres & etiam homines aere subijci.
Ibid. Georgij.

Sed de his copiosius leges in nostris Phaenomenis, aut (si mauis) Ephemeridibus aërys. Erit itaque Sol, vt eò redeam vnde abij, spirituum, corpus & animum per aërem modificantiū, & impelletium, fautor ac illustrator. Qui, quandiu suam symmetriam, seruabant, mentem sanā in corpore sano, tantisper tuebuntur, donec cum innato calore vtrunque deserere cogentur. Qui sanè calor cōmune hoc habet cum solaribus radijs (vnde ignē cœlestem, & radium alicubi vocat Galenus) vt quaquauersum citò, nisi fortasse in refractione materia, penetrret: sensuumq; titillationes varias, & motiones cum corporis, tū animi multiplices exciter. Quod, vel rustica muliercula ad colum & pensā nata, cognouerunt stupidos, hebetes, & obtusos, non sine graui nota, eos inclamantes, quibus calidum hoc paucum adest: & proinde paucos ē sanguine spiritus educit: quos Hippocrates, Galeno teste, ὀρεοῦντας, hoc est imperiū facientes, scitā appellatione omnium primus nuncupauit. Caterum quia in humanis corporibus sedem aliquam esse oportuit, in qua calor ille verè diuinus, tanquam in pratorio, ius suum exerceret, & in reliquum corpus aurigante spiritu, radios suos vitales effunderet. familiāq; vniuersam foueret, & totam moueret: prisci rerum corporis nomenclatores, illam ipsam sedem cor dixerunt: Soli, vt alibi monuimus, destinatum, eiq; sanè quam simile, (in quo triste iacet hoc viuere nostrum, partim cauum, & sinuosum, vt sanguinem caloris hospitem, dextro suo sinu contineat, & artificiosa natura æconomia, per venam arteriosam, quasi per canalem & tubulum à prædiuite fonte, & verè aureo manantem, pulmones nutriet, ac refocillet, partim etiam spiritum, & pariete craßiore, sinistro sinu obuallatum: ne dictus calor, vnā cum spiritu (cuius est comes) diffletur & exhalet: præpediatq; ne hac & illac, ob partium tenuitatem, adminiculante valuarum multitudine, totus sensim effluat: & corpus moribundum, frigidum ac inutile relinquat: non secus atque Sol terram: dum ab ea viuificos suos radios longius euocat: & subducit. Sed hîc me dies potius desiciat, quàm verba. Itaque à Sole ad Lunam, aut (si placet) à fratre ad sororem, viam præmonstrante mihi natura opportunè transeo. In qua parcius calamum exercebo, cum ob alia, tum quod de varijs eius effectis in hac inferiora sensui manifestissimis, fusissimè in nostra Luna & oceaniconcordia, tibi sum propediem scripturus. Verumenimverò, prius Sol & Luna, quàm hinc abeam, monuisse non pigebit, quod Sol & Luna in humanis corporibus peculiare quicquā propriè non agnoscunt. Nam vniuersales rectores rerum omnium mundi, nedum corporis, secundum Deum, antiquis, & maximè Trimegisto habentur. Vnde particularia quæque dedignantur. In reliquis planetis, pariter rectores fecus accidere audies. His positis, institutum nostrum, aspirante Mercurio, hunc in modum & sequor, & res, perficio.

Pontanus hac de Sole.

Ad medios cœli tractus, medijs ætheris oram:
Fons lucis Sol auricomus Soligneus ambit,
Sol qui terrarum flammis opera omnia lustrat.
Ipse quidem superum princeps ductorq; choreæ,
Ad cuius numeros & dii moueantur, & orbis
Accipiat leges, præscriptaq; fœdera seruet.
Agnoscunt aura imperium, maria alta tremiscunt,
Audiet & longè tellus fatalia iussa.
Atque hunc ne qua opere in tanto decor vllus abesser,
Præfecit luciferum pater, ipse nitentes
Spargeret vt radios, ipse vt lustraret olympum
Et terras simul, & magnas liquidi aëris oras.
Vnde dies, quique in sua terga reuoluitur annus
Atque ani simulacra fluunt, & tempus & ætas. &c.



Luna à primis Græcorum nomenclaturis Ζελών dicta est, quòd τὸ σέλας, hoc est lumen, ἄνω defu-
Humanis cor per, habeat: vel, quòd παρὰ τὸ σέλας αἰὲ νέον ἔχει, quia lumen semper nouum habet. Sed omiſſa no-
pus motui Lu minis ratione, medicè & astronomicè de Luna philosophemur. Posteaquàm perfectum hominem vitæ
ma subijci. aura suscepit, seque diuina mentis spiritus, corpori infudit, certū est (vt scripsit Firmicus) quòd cōpositi
natura, pro qualitate cursus Lunæ moderatur, eiusque motū ac vires agnoscit. In quā rem verba Claud.

Aphor. 61.

Ptolemæi Firmico subscribētis, tibi profeto ἡ Ζηλὼν (inquit) δηλοῖ τὰ τῶ σώματος, ὡς ὁμοιοῦνται
αὐτῇ κατὰ τὴν κίνησιν: quod est. Luna significat ea quæ corporis sunt: vt quæ ei pro motu similia cen-

Galenī sentē-

tia medicis

summè aduer-

sanda.

seantur: profeto & Claud. Galeni, Ptolemæo concinentis sententiam alteram, ex tertio dierum decreto-
riorum libro, ne quis cōmentum putet. Porro illud (inquit) denuo repetendum, quod nos obseruantes verissī-
mum esse comperimus ab Aegyptijs astronomis inuentum, Lunam non modò agris, sed etiam sanis, dies
quales tandem futuri sunt posse præmonstrare. Omitto reliqua tibi in sequentibus fusiſsimè describen-
da. Est itaque Luna progressio sagaci inquisitione cum alijs, tum medicis non indigna: cuius statum
nisi ad vnguem tenuerint, propria cecitatis duces, & stolidæ mentis præcones, in errores quāpluri-
mos prolabantur, vt auctor est Maternus. Quod viderint scioli aliquod, rerum cæli vniuersum, nedum

Luna mate-

ria est submi-

nistratrix, &

Sol forma.

solius Luna derisores, & contemptores: de quibus per occasionem alibi. Conſtat sanè quòd Luna in rerum
generatione, ob humidū cui præest, materia subministratrix habetur: perinde atque Sol, ob calidum, for-
ma quorum alterum sine altero, indiuiduo, & fraterno societatis vinculo, quā agere possit, vel phi-
loſophia trunculo tam notum esse arbitror, quā est cocis suum (quod dicunt) piper. Adducā tamen Pto-
lemæi testimoniū. ἡ Ζηλὼν inquit τὸ μὲν πλεόν ἔχει τῆς δυνάμεως ἐν τῷ ὑγρῷ, περὶ δὲ τῶ
Li. 1. Apotel. πρὸ γεινότητος δηλονότι, καὶ τὴν τῶν ὑγρῶν ἀναδυμίαν καὶ διατίθεισιν, οὗτος ἀντικρι-
σά σώματα πεπαινύσσει τὰ πλεῖστα, κακωνώσκει δὲ πρῶτα καὶ τὰ θερμαίνει διὰ τοὺς ἀπὸ
τῆς ἡλίου φωτισμούς. Quam rem dum primi admirandarum & sublimium rerum artifices &
cæli obseruatores animaduertissent, proxima & coniuncta in Zodiaco domicilia, vtrisque apposi-
tissimè statuisse mihi semper sunt visi: Soli in Leone masculino signò, diurno, calido & sicco. Lu-
na verò in Cancro, fæminino, nocturno, frigido, & humido, cuiusmodi Luna esse perhibetur. Vn-
de illa matris vices, ob humidī prouentum & Sol patris, ob calidi largam manum, in rerum ge-
neratione, non ineptè sustinere traditur. Quibus addes, quòd quemadmodum natura negatum est
animal nasci, nisi ex vtriusque gignentium maris, inquam, ac fæmina copula & consortio putredinè
excludo ita vbi Solis & Lune congressus ac presentia desiderantur, in inferiori hac rerum materia pro-
duci commodè potest nihil. Quod egregiè intellexisse mihi videtur Orpheus in suis hymnis: vtrunque vi-
uificos & prolificos mundi oculos nuncupans: & verè rer maximus Hermes, duo rerum natura organa
præstan-

Solis & Lu-

praestantissima, Μοῦσα καὶ Ἐμψασις Luminaria dicta, iridem inscribens. A quibus non longe recessit Pla-
 to: Solem & Lunam magnos mundi deos alicubi nominans, & legiſatori Moſi acquieſcens, Ptolemae, ac dignitas.
 τὰ Φῶτα, hoc est lumina, & hanc & illum perapposite dicens ac vocitans. Ergo, ut è diuerticulo in viā re-
 deam: sicuti se habent in generatione materia & forma, adhuc genus, quod è mare constat & summa, Sol & Luna
 insuper tempus, quod die & nocte metitur, sic se habere solent Sol & Luna, generationis rerum omnium generationis
 post deum aut hores, & penè dixerim, parentes. Nam Luna materiam aptat & praestruit, Sol formam in- rerum autho-
 ducit. Hic, quia mas, diurnum tempus moderatur: illa, quia femina, nocturnum. Rursum, hac corpori ali- res & fomes-
 moniam praestat, ille, animalitatem, ut ita dicam, seruat ac tuetur. Nihil ille negligit eorum quae spiritui
 & sensibus, quaeque animato corpori conferunt, hac, nihil eorum quae ipſi corpori, & eius materiali com-
 pagini debentur. Quae, & alia multa, cum erudita antiquitas animaduertiſſet, Lunam Solis sociam, vi- Luna Solis so-
 cariam, & sororem (vnde ut ille Phœbus, ita hac Phœbe dicitur) necnon vitæ rerum omnium cum illo eu- cia, vicaria,
 ſtodem rectè admodum statuiffe mihi ſemper eſt viſa. Nec temere meo iudicio. Nam ex eodem partu eo- & soror.
 demque vtero, ut egregiè ſunt philoſophati poetae, utrunque in Delo edidit Latona, mater, & parens. Vn-
 de, fraterni ligari legibus, pariaque habere multa, & furtiuam copulationem olim admiſſiſſe, ut hodie ſin-
 gulis menſibus manifeſtum, non eſt quòd legendo, imò verò videndo, poſt hac mireris: nec admodum mouea-
 ris, ſi Lunam morborum teſtem, ac indicem eſſe audis: adhuc eorum ferè omnium quae incidunt, in his, aut Luna morbo-
 alibi, ſociam, & cauſam cum Sole, penè dixerim magiſtram. In quam rem duorum in rebus cœli & natu- rum teſtis eſt
 ra exercitatus ſimorum virorum, teſtimonia, ne quicquam à me hic commentum pures, in medium tibi ac index.
 proferam: Galeni primùm, deinde Ptolemai. Quae incidunt (inquit Galenus) omnibus hiſ quae ſubſiſtunt, Lib. 3. de mor-
 borum cauſam Luna habere obſeruata eſt, maximèque in tetragonis, & diametris ſtationibus ea inmu- bus deor-
 tans. Nam ſi in Tauro exiſtente illa, ſemen concipiatur, vel partus, vel alterius cuiuſdam principium con-
 tingerit, magnas eius mutaciones inuenias, cum in Leone, Scorpio, & aquario ſigniferum ambiuerit. de-
 inde hac ſubneſcit. Porro, illud denuo repetendum, quod obſeruantes veriſſimum eſſe comperimus ab Aë-
 gyptijs aſtronomis inuentum, Lunam non modò agris, ſed etiam ſanis dies, quales tandem futuri ſunt poſſe
 prænuntiare. Si enim cum planetis temperatis ſteterit, (quos etiam ſalutares Latini, ἀγαθοὶ πῶδες Græ Galenus rerū
 ei nominat) illos fauſtos, ac bonos producet, ſi cum intemperatis erit (quos Latini maleſficos, Græci κακο- celeſtium pe-
 πῶδες dicunt) graues ac moleſtos experietur. Fingamus (inquit) homine quodam naſcente, ſalutares pla- ruiſſimus.
 netas in Ariete, malignos verò in Tauro eſſe. Is homo, cum Luna in Ariete, Cancro, Libra, & Capricorno
 fuerit, pulchrè deget. Cum verò Taurum ipſum, vel eius tetragonum aliquod, vel diametrum ſignum oc-
 cupabit, malè, & moleſtè vitam tranſiget. Atque morborum initia huic cum Luna in Tauro, Leone, Scor-
 pio, & Aquario fuerit, peſſima erunt: ſine periculo autem, & ſalutaria, cum Arietem, Cancrum, Libram,
 & Capricornum permearit. Haſtenus Galenus. Sequitur Ptolemai teſtimonium, quo in rebus cœli (quod
 ſciam) nullus quæmὸ τέρος, ſi quis rectè conſiderauerit (inquit) facile intelliget non modò conſtitutio-
 nes rerum affici, à Solis, Luna, & ſtellarum motibus neceſſe eſſe, ſed etiam ſeminum initia, & perfectiones Lib. 1. Apodā
 ſingi ac informari. addit paulò poſt. Quicquid in vniuerſum accidit, hoc non contemplatione naturæ, ſed
 ſola obſeruatione de euidentibus Solis & Luna, necnon reliquarum ſtellarum configurationibus manare
 ſolet. Hec ſummi illi viri: qui quantum Luna tribuant: niſi ad illorum ſententias, ceu ad τῶνδ' vocem
 obſurdeſcis, vel me tacente, audire facile potes. Quae ſi paruam adhuc fidem tibi faciunt, vnam atque alte-
 rum eiſdem Galeni teſtimonium tibi rurſum depromam. Luna (inquit) ut Princeps non mediocris inter
 Solem & nos medius conſtitutus, terreſtrem regionem meritò gubernare cenſetur, non potentia modò ca- Lib. eodem.
 teros planetas, ſed vicinitate etiam ſuperans: crescente eaſque augmenta in corporibus ſentimus, decreſcen-
 te verò, damna & detrimenta. Hanc Galeni ſententiam Iulius Firmicus, celeſtium interpretum, apud
 Latinos primus & princeps, tibi hunc in modum obfirmabit. Scire (inquit) debemus, quid humani corpo- Lib. ſue man-
 ris Luna ſuſceperit: & quid illius poteſtati deputatum ſit. Nam & creciente in ea luminis augmenta: & theſeos. 4.
 deficientis, damna ſentimus. Medulla humani corporis cum illa crescunt, cum verò luminibus coeperit in-
 anis deſtutui, tenuati corporis fatigatione languescunt: ſed & humanum corpus deficiente ea, deficit: &
 crescente, ſolennibus complementis inundatur. Fitque ut omnis ſubſtantia terreſti corporis, iſtius nu-
 minis prouidentia gubernetur. Hec ille, vbi que ſanè magnus: quo dimiſſo, Claudium Galenum, & item Teſtimoniorū
 eius contemporaneum Ptolemaeum repero, ne tibi tota (quod dicunt) teſtimoniorum plaſtra deſint: ex multitudine ad
 quibus, ceu de quodam copia cornu, leuiter accipere poteris quas vires, & quantam energeiā Luna in has faciendam ſu-
 inferiorum corporum ſubſtantias exerceat, & ſuo ſibi iure meritò arroget. Luna (inquit Galenus) vna eſt dem eſt eſſi-
 eſt quæ menſtruorum ſtatum tempus in mulieribus conſeruat, comitialium circuitus cuſtodit, prout ra-
 diorū Solis plus, minùſue ſibi vendicari: omnia ſiquidē quae facere nata eſt, vbi falcis figuram repreſen-
 tat, languida ſiunt, dum plena fuerit, conualeſcunt. quapropter, & fruges interea adauget, maturat quæ ra magna,
 celerrime,

Lib. eod.

celerrimè, ferarum occisa corpora in tabem viso suo resoluit, somno sopitis sub eius lumine, velatet distius immoratis, pallorem & capitis dolorem conciliat: in summa humifico spiritu omnia replet. Galenus sic Ptolemæus subscribit. Luna inquit, ut proxima terris, manifestè in terrena influit: cum illa enim consentiunt & commutantur pleraque omnia, & animata, & inanimata, Germina, & animantes, aut omnino, aut aliqua ex parte, unà cum ea incrementa, & decremента sentiunt. Vis iterum, imò verò terriò, & quartò, Galenum Ptolemæo concinentem, ceu ἐν ἐπιμέτρῳ (quod Græci dicunt) audire? Ceterum (inquit) quòd aliares vniversa à Luna quæ mutantur, omnibus non perinde constat, sed ijs duntaxat, qui huiusmodi accuratè obseruarunt: Addit paulò post. Hoc axioma non Astronomis tantum, vel

Lib. eod.

Luna cursum naturalibus philosophis, sed agriculis quoque, & nautis, hominibusque omnibus receptum est, Lunam terrestrem plagam, veluti principem quendam magni regis Solis immutare. In posterioribus enim & ultimis cæli regionibus, ut scribit Firmicus, collocata, & terræ imperium ex vicinitate sortita, omnia corpora quæ diuina mentis inspiratione animantur, cursus sui multiplici varietate afficit, mouet, ac cum Sole facundat. Nam & occulto spiraculo, & assidua peruagatione, visione, ut ita dicam, ac reuisione, cum Sole primum, deinde cum reliquis stellis, via omnem sensum fugiente, humiditatis, corporum, prout illas inuenieris fermentat, & cum prouentu in hunc, vel illum statum exagitat. Quod omnium maximè, vel inuisti consistunt, qui fluxionibus ad articulos tentari solet. Sed in Luna viribus versatum satis, de quibus

Luna, quas partes in corpore sibi vendicat.

in nostra Luna & Oceani harmonia (ut dictum est) ampliorem commentationem, cum fusissima exemplorum demonstratione aliquando es habiturus. Itaque reliqua ad institutum nostrum pertinentia commodum sequor & expedio. Luna in humano corpore, partes peculiare, & propria organa sibi vendicat. In quibus utrum ac vuluam connumerant: eamque humani diuersorij cellulam, quæ bodie à Latinis medicis matrix, à Græcis verò μήτρα, dici consuevit, in quibus & foetus concipitur, & conceptio

Galenus Lib. 3. de dieb. de cre.

ipsa fouetur, donec imperante Lucina, partus materna claustra ruperit. Quod vel de Claudij Galeni verbis tibi constabit: quem vnum de medicis omnibus, honoris, & eruditionis nomine, tibi multis obijciam. Post seminis conceptionem inquit omnis impregnatio, & post partum adauctio, magnas alterationes in septimanas Luna per Zodiacum circuitus retinet. Mammæ præterea sibi inauthorat luna: à quibus, tanquam ex lymphido fonticulo, lac infantulorum alimentum manat. Quæ, ut muliebria sunt membra, ita muliebri planetæ appositissime destinata fuerunt. Porro quia Luna solaris luminis ut torres cecinimus est vicaria, & ut scripsit Aristoteles, paruulus quidam Sol, idcirco in humano corpore, finis oculum, perinde atque Sol dextrum, de antiquo sibi vendicat priuilegio. Ut enim dextra masculina esse traduntur, ita sinistra, feminina. Volunt insuper illam eandem cum Sole dominari stomacho, omnium quibus corpus alitur receptaculo nobilissimo: vel ob id vnum, quòd coctio fit à calido in humido. Adhæc cerebro, quod qui malè affectum habent, & Luna metamorphoses de inconstancia ex interuallis agnoscunt, Lunatici vulgò nuncupari solent. Ex facultatibus humanum corpus dispensantibus, Ptolemæus naturalem illi adscribit. ἡ χελυδὴν inquit τῶν φουρικῶν δυνάμεως ἐστὶ πύλη. quod est. Luna naturalis facultatis fons est. Eidem ex humoribus corporis, antiqui pituitam addixerunt: quæ crescente Luna, crescere plurimum solet, decrecente verò minui, aut saltem minus molesta esse. Sed de Luna, quòd ad hunc locum attinet, pauca hæc de multis erunt satis. Itaque, ab imo planetarum ad summum & supremum me confere: nimirum à Luna ad Saturnum falciferum vetulum tardigradumque Deum.

Luna paruulus quidam Sol.

Lunatici vulgò dicti.

Aphor. 86.



ARATEA PHAENOMENA DE SATVRNO.



Saturni Stellam, Chaldaei, Arabes, Graci, & Latini rerum caeli interpretes peritissimi, cum Claudio Ptolemaeo & Galeno, intemperatam, ac maleficam, vbiq; nuncupant, fortasse ob melancholicum humorem, molestum sanè & grauem: cuius prouentum, vi occulta, in humanis corporibus vberimum promouet: & hinc illa aggrauat, & saturat (vnde Latinis Saturnus fortasse dictus) necnon senio ante tempus, ac vetustate conficit: ex quo ueros, etiam dici Gracis potuit. Illius aridum simul & frigidum, modò suifuerit, in his inferioribus, nedum in solia hominum corporibus fouet abundè, & excitat. Cuius rei testimonium dabit Ptolemaeus ò δὲ τῶν πρὸς ἡμῶν ἀστέρων πλείον ἐχέτω πρὸς τὸν ἀνθρώπου ἐν τῷ σώματι, καὶ ἡρόδοτος ἔφακεν ἰεὺς, quod est, Saturni stella maximè frigidifica est, sed & nonnihil arescit. Qua duo vita humana calido & humido temperata, quantum incommodent: imò verò quantum ex diametro pugnet, nemo est qui nesciat. Est itaque ad corrumpendum procliuus stella huius natura. Verùm in omnibus, & omnia, vt etiam humor ipse melancholicus, suas vires aquè non exercet: nec tam obstinatè agit, quin suū aliqua ex parte commodum non habeat. Nam vt ex venenis arte temperatis, citra noxam magna aliquando cōmoda proueniunt, ita de sideris huius quanquā inauspicati proba cum alijs stellis temperatione mixtura, & radiatione, non vulgaria manant emolumenta. Ex quo factum videas, vt ad quam artem melancholici plerique animum appulerint, in ea prater ceteros, vel leuissimo labore, valeant plurimum. In quam rem, post Platonem fidiſſimus accerſetur testis Aristoteles scribens melancholicos fuisse omnes qui ingenio floruerunt, vel in philosophia, vel in reipublica administratione, vel cudendo carmine, aut artibus alijs excolendis. De quorum classe cum Socrate, Pericle, Demosthene, Archimede, Vliſe, Scipione, Aiace, Aenea, & alijs. Democritum, Platonem, Galenum, Caesarem, Virgilium, Herculem, & huius pluma innumeros tibi proferam: quos de lucubrationibus, & laborum: erummarūque pertinaci tolerātia, ingenti cogitatione, & inuentionū miro studio, ceu de tabella quadam, tales fuisse, historiārū & vitārū scriptores diligentissimi repraesentarūt. Verū de his alibi. Tacendū tamen non arbitror, quòd melancholicus humor, cui vt diximus, praesidet Saturnus, cogitationis firmitate, studiorū assiduitate, & pertinaci labore, vbiq; comites fere secū ducit voluptatē ac dilectationē: quanta illi inest, vt in vnius eius rei adeptione quā semel animo conceperunt melancholici, summū ac peculiare bonū existimēt collocatū: praterq; illud, aliud nihil aut expectāt, aut sequatur: etiā neglecta re familiari, neglectis ciuib; neglecta vxore & liberis. Vnde paupertas, ceu de voro, illis familiaris esse solet, ac domestica. Ceterū, hic etiā ignorandū non est, quòd Saturni defluuiū cum suo humore, in omnibus corporibus suas vires ex equo nō erigit, perinde atq; vinū: quod ob corporū ἰδιότητος, et naturarū varietates, a se inebriatos oēs vno modo nō afficit, nec eodē motu agit. Nam quosdā ad garrulitatē & hinc ad rixas, alios ad vomitū, nonnullos ad taciturnitatem, somnū, vel risum, plerosq; ad strepitū & gladios rapit. Sic Saturnus, & sub illo militans melancholicus succus, quosdā ad risum mouet, vt Democritū: alios

Saturni stella quare malefica.

Lib. 1. Apud Lib. 1.

Saturnus vbi que malus non est, sed sua aliquando habet, comoda.

Lucubrationes sunt veluti tabella vitae & studiorum.

Philosophi cur plurimū pauperes.

Pulchra vini, cum melano

cholici compa-
ratio.

ad lachrymas, ut Herachytum: nonnullos ad loquacitatem, ut Therfitem: aliquos ad faciundiam, ut Nesto-
rem: ad silentium & patientiam, ut Socratem, ut Vlissem: ad metum, ut Pisandrum: ad hylaritatē, ut La-
cullum: tristitiam, ut Crasum: cogitationem, ut Archimeden: in summa, alios ad alia, pro sua qualitate
& quantitate componit ac excitat. Qua omnia fulgini, fumis ac vaporibus de saturnino sanguine, hoc est
melancholico, pro varia maioris & minoris sua latitudine (quod ad lunum & crasitiam attinet) ascribe-
re si videbitur, per me liberum tibi erit. Qui sumi, quia arcē animi recta petunt, spiritūque animatē illi re-
missi obscurant: atque cerebrum, (in quo sensuum, & principum anima actionum officina latet) longē

Unde melan-
cholici varijs
cogitationibus
& studijs
tenentur.

lateque occupant, ac obsident: ideo varias imaginationes, apprehensiones, cogitationes, ratiocinationes,
studia, ac phantasmata cient, fouent, & mentiuntur: pro varia, ut dictum est, natura in qualitate & quā-
titate dicti sanguinis melancholici, hos vel illos spiritus, & fumos sursum exhalantis non secus atque ex
ignita & incensa materia fieri solet. Ex abiete enim, vel picea, fumos crassiores & turbulentiores, peius-
que olentes attollit constat, quā ex aluo, aut carpino. Sic ex querno stipite, quā populeo, ex lapideo car-
bone, quā ligneo: ex sulphure, quā thure: face vini vsta, quā calce, & ita deinceps. Quorum rerum

Saturnini &
melancholici
humores. &
ex ingenia
tarde mouem-
tur.

imaginem in melancholico succo, & ex eo fermentato sanguine, ut cunque potes agnoscere: simulque fa-
teri, Saturnum cum suo radio, ut abstrusa, humores in hominum corporibus altius infixos, atque ob id per-
niciosos saepenumero excitare, qui tales esse solent, ut tardissimē, sicuti illorum author Saturnus, mouean-
tur: moti tamen & incensi, grauiter seuiant. Quod cum suis periodis indicant morbose dispositiones hinc
cōciliat: cuiusmodi sunt quartana, cancri, melancholia, & similes. Citra morbum, summam nonnunquā
& inexpugnabilem praestant contemplationem: adeo, ut pœnas Saturni pendere mihi videantur, non
dissimiles his, quas ob cœleste furtum Prometheus rerum cœli contemplator indefessus, adhuc soluere in
Caucaso fabulatur. Itaque ex Saturnino humore, hoc est ex atra bile, ubi concaluit, tanquam ē quodam

Humoris Sa-
turnini &
melancholici
varia natu-
ra.
Melancholia
ut sulphur.

feminario, pullulant, tum simulacrorum, tum cogitationum germina, quæ deinde in hominum ingenijs
ceu in agro quodam, fruges, ac fructus vberrimos proferunt. Addam quod etiam stella hac cum suo humo-
re & fermento, nonnunquam audaciam conciliat, ut in Hercule: & ob adustionem, formidabilem quan-
doque ferocitatem, ut in Aiace, longo tempore, propter stabilitatem terrena qualitatē, perseuerantem.
Quod si extremē refrigerit, aut ad frigiditatis latius potius quā caliditatis & siccitatis deflexerit, timo-
rem etiam sibi adiungit, cum extrema ignauia, ut in Pisandro, Therfite, & alijs. Ex quibus manifestum
euadit, quod sideris huius defluxus, cum suo limoso succo, in crassa materia intempestiue exceptus, sit qua-
si venenum, quod equidem in viuētibz quibusdam corporibus latet sopitum, ceu sulphur à flamma re-
motum. In alijs vero flagrat, atque ut sulphur accensum, non comburit tantum, sed vapore etiam noxio
omnia circumplent ac propinquantia inficit. Saturnus sui iuris factus, & in natali cœlo fortis ac potens
quia Ptolemæo & Galeno, maleficus esse solet cum suo humore melancholico: & quandoque anceps, id-
circo cum animis, tum corporibus nunc mala, nunc bona, quandoque varia ut antea dictum est, quadam
tenus appingit. Unde homines reddit natura odio plus quā nouercali pradios: semel cum Crasso in via
ta videntes, de face, exhausto ab alijs dolio, bibentes, lentē in omnibus festinantes: acetum in pectore ge-

Saturninorū
hominum ma-
res & natu-
ra.

stantes: spem pretio ementes: lupum ubique auribus tenentes: nuno quā laborantes: merum ex conscio-
tia sustinentes: sinapi victitantes, & cepas olfacientes, in occipitio multos oculos gestantes: de proximo
nihil curantes: in amicitia querulos, & ut solent edentuli, edentium dentibus inuidentes: curru vtentes
neglectis bobus: Heracliti familiam agnoscetes: in Areopagitarum schola educatos, & qui sapientū octa-
ui sibi videantur, aliud stando, aliud sedendo cogitantes: raro cum annosis stans laqueo sese injicientes,
odia amicitijs praferentes: ex eodem ore & frigidum & calidū sufflantes: dextram cuius non facile con-
cedentes: Rhodamanto inexorabiliores: in re certa incertos: duro alloquio Scythijs morosiores, desixis in
terram oculis contuentes, supercilij ubique contrahentes, cœnam Hecates plerūque cœnantes, in nocte
concilia capientes, ut vultures cadauera expectantes, à fronte & tergo, ut Ianus, videntes, aureis machi-
nis omnia oppugnantes, oculatas manus habētes, quæ nihil credant, nisi quod vident, nihil, nisi quod Ari-
stophanis & Cleantis lucernā oleas emittētes, habendi cupiditate insatiabiles, oīa trutina pensantes, ad
viuū cuncta refecantes, & oberatos ad ossa vsq; rodētes, spē vulu simulantes, & altū dolorē corde premē-
tes, nomine potius quā cōsuetudine notos, anethū & mentā decimantes, quod verba, tot sensus plerūque
habentes, cū Fabio cunctātes, rosam quæ praterijt rursum quærentes, panē lapidosum māducantes, vlti-
ores animos occultātes, omnia, ut Midas, in aurū vertētes, dissimulandi aequē ac simulandi artifices, pilū ut
lupi, agrē mutātes, cunctādo Scipionē imitātes, sanguinosam vicinā, amātes dicēda & tacenda callētes,
altera manu panē, altera lapidē circūferentes, veluti ab asino delapsos, ignauos, quibus ferax semper esse
solent, censores, castigatoresq; virorū, sordidos, & ut hyrundines, ingratos, veluti auro subaratus, pro por-
ca scorpiū reddētes, cumuni sectores, amicū, quam verbū perdere charius habentes, sobrietatū osores, nihil
nisi cū moriuntur benefaciētes, lucri ex re qualibet odorē bonū & suauem existimantes, vel à statuis, &
mor-

Mira melan-
cholicorum pa-
ctura.

mortuis tributa exigētes: multas aures & oculos habentes: lucrum pudori praferentes: inexplabile dolium
 animo gerentes: cum laruis luctantes: ingenium, mors farina variatū, sustinentes: sardonio visu omnia cōdientes:
 magis mutos quam pisces: pauperculum Christi pecus deglubētes, potius quam tondentes: caput sine lingua civi-
 bus & animis
 cūferentes: ne gry quidem in mensis & coetu dicētes: suos loculos, ut mēdici, inanes ubique predicātes: sus-
 pendio arborē plerunque diligentes, salē lingentes, & lapsana victitantes: ante rubam trepidantes: pilos pro
 lana reddentes: Tantali poenā sustinentes: in pulicis morsu Deū inuocantes: spem dum animae est, habentes:
 ubique scrupulū inijcientes: cochleam vitam agentes: sacrum sine fumo facientes &c. Quod hic reliquū est, igno-
 randū non venit, saturnini cum suo humore, de antiquorum praeceptis & observationibus peculiare habet
 morbos quibus suā sobolē plerūque tentat, in quorum catalogo sunt quartana, epilepsia, elephantiasis, mor-
 phea, cācer, scirrhus, hydrops, paralytis, hemorrhoides, dysenteria, colli & renū dolores ac huius nota ali-
 qui vel de humoris melancholici, cuius auctor & motor est Saturnus, largo, prouentu & effusione, vel de san-
 guinis facta ab eo corruptela, cacochymia itē, flatibus, cruditatibus, imbecillo calore, vel abundante pitui-
 ta, oboriri plurimū solent aduersus quos praecautiones cum idoneis remedijs quisquis volet à rerū cœli et medi-
 cina perito opportune exigat. Quod ad alia pertinet, melancholici, pulsus habent tardos & paruos: sudo-
 rem acidulū & grauē: deiectiones subatras: somnia terribilia, ut mortis, cadauerū, sepulchrorū, tenebra-
 rū, cruciatuū, demonū, et rerū nigrarū. Ex facultatibus humanā vitam cum corpore dispensantibus, ob inna-
 tām malitiā Saturnus nullam agnoscit, quamquā nō desunt qui in reſētrice quae naturali ancillatur, nōni-
 bil illa scribāt, sed de Saturno festināti mihi ad aliorū planetarū maiestatem, pauca haec susserunt.

Melancholici humor va-
 ria corpori-
 bus & animis
 impingit.
 Saturnini
 morbi de anti-
 quorum obser-
 uationibus.
 Nota Sat-
 urninū ab his
 quae excernū-
 tur & alijs.

DE IOVE.



Iovis Stella, vires non dicā naturales, sed cum Sole oēs penē, in humanis corporibus si quae est alia clemē-
 tissimē fouet. Quod poēta tā Graeci quam Latini cognouerunt, Iouem ubique: decenti epitheto, hospitalem,
 seruatorem, fructiferū, satorem hospitalem, beneficū, salutare numen & benignū, nec non patrem homi-
 numque; Deūque nuncupantes. A quorū vestigijs non longē declinauerunt Grammatici, poētarū interpre-
 tes diligētissimi, & linguarū Quintilianus custodes doctissimi: quibus ecquid aliud sonat Iupiter, quam iu-
 uans pater, & Zeūs, ut alibi dixi, quam Ζῶν, hoc est, vita? Iovis: ut ex Arato trāstulit Maro, sunt omnia
 plena: ille colit terras, ille de superis omnibus solus est, qui ob beneficia, ut in Clodii testatur Cicero opti-
 mi titulū, et ob vim, maximi sibi demeruit. Quod elogiū reges, quos à Ioue nasci et educari vult Homerus, non temere sibi adop-
 tasse mihi videntur. Nam benefacere primum, & non subditos expilare, deinde viri-
 bus regnandi illis à Deo concessis uti non abuti, illorum maxime proprium esse debet. Quid est quod
 in planeta huius mense altero, nimirum à conceptu secundo, vitam, ut tradunt ἰατρομαθηματικοί,
 ferus in utero accipit, & in altero, nono scilicet, in lucem vitalis emittitur, nisi quod propter summi
 radiorum temperamentum, vitam, quam in calidi & humidi symmetria positam esse diximus, cum sole
 praesse creditur? Est itaque Iovis stella, naturalis temperata. Quod ex Claud. Ptol. hunc in modū confirma-

Iovis appo-
 sissima epi-
 theta.
 Mirē benefi-
 cia Iovis natu-
 ra.
 Regum offi-
 cium de Iovis
 numipe.

βο, ὁ δὲ τῆς Διὸς ἀστὴρ, ἑυκράτωρ ἔχει τὸ ποίτνικον τῆς δυνάμεως μεταξὺ γινόμενοις τῆς κινεώσεως αὐτῆς, τῷ τε κατὰ τὸν κρόνον Ἰουπτικῷ, καὶ τοῦ κατὰ τὸν ἄρην καυσικῷ, δερμαίνεται καὶ ὑγρᾶται. Quod interpretatur Stella Iouis temperata est natura, propterea quod media fertur inter frigidum Saturnum, & astantem Martem, unde calefacit & humectat. Caterū, pulmonibus quibus cordi aërem attrahunt, condunt, & elaborant, presidere traditur, nec non arterijs, quae pulsatorij continent spiritum: partem in vitali facultate cum Sole habens & in animali, cum Luna. Sed omnium maxime in naturali se agnoscit, quae sanguifica est, & ex his quae naturali ancillantur coctricem fouens. Nam coctio est à calido temperato, in humido: quas re vera qualitates, una Iouis stella suas esse predicat. Sed vegetatricem vim, ad quam incrementa referuntur, etiam sibi inauthorat vel ob id vnum, quod qui crescant, ut ἀρχιότρος ille Hippocrates praclare admodum scripsit, calidi plurimū habent. His addere πείρηγον, non erit, quod Iuppiter sui iuris factus, sicuti Ptolemao & Galeno salutis est planeta & beneficus, nec non temperatus, ita temperatam reddit sanguinis miscellaneam. Vnde tam animis quam corporibus, quae laudabilia sunt & probata, ac temperata instillare solet. Efficit itaque aque homines, qui, non ut volūt sed ut possunt libenter alijs bene faciunt: insuper, quod adest, boni consulunt & pro suis opibus mœnia conficiunt: mese tenus propria viuunt: amicis fidi sunt amici, cetera tractabiliores, & colūba mitiores: genio indulgent, & sine rivali diligunt: sicutisant quandoque, & pergracantur: sermonibus festiui, dubiā mentem instruunt, omnia cum amicis habent communia: benefactorum sunt memores, alia dant, alia negat: equis & canibus gaudent, nec non aprici gramine campi: ad vindictam procliuēs videntur quandoque, re tam viam ingrediuntur, genuinum habent pudorem: digni sunt, quibuscum in tenebris mices: tempore feruiunt, & muras tradunt operas: de vultu ut cunq; iudicant, & vicissim iudicantur: gestus habent magna cum dignitate spectabiles: laudis & gloria studiosi apparent: sunt vxoris, ac liberorum amantiissimi, & publici boni procuratores solliciti: fores tritas habet, ac nullos à se reijciunt: risu omnia condunt, duas ancoris nauigant: in suo loco & sano gaudent: extra lutum pedes perpetuò gerunt: & in vtriusque aurē ac vtrunque oculum securē dormiunt &c. Caterum hisce morbis plurimum tentari solent: syncho, ophthalmia, capitis grauitate, colicis cruciatibus, peripneumonia, homoptoe, calculo, pleuritide, apoplexia, phlegmonis, exeu hematibus, conuulsionibus, gonorrhœa, lethargo, henteria, & alijs huius plura: qui de sanguine, in qualitate aut quantitate peccante, vel de plethora aut cacochymia, necnon obstructionibus putrefactione, item ac cruditateibus promanare solent. Iuppiter ex quatuor humoribus corporis sanguinē habet cum Sole, ob qualitates cum illo communes: ex sensibus, auditum, qui, ut ille, planē est aërius. Iouea les homines leui quacunque occasione, sanguinem ē naribus, vel de opportuno corporis meatu alio, identidem excernunt: & quia calidi sunt & humidifacile sudant, atq; hinc grauiter hircū olent, pulsus plenos habent, & quandoque vndantes: somnijs lætis, & rerum pulchrarum plenis gaudent: in quibus plurimū, vel rubra vident: vel hemorrhagias, & nationem in sanguine, aut similia sibi representari sustinent. Sed hac de Ioue plus satis esse, graduius Mars conqueritur: ad quem nunc demū transire & iuuat, & expedit: ne ille sua in nos tela contorqueat

Iuppiter qui
bus corporis
partibus pra-
sident.

Iouea
minum mores
& natura.

Vera pictura
hominum ut
dicunt sangui-
neorum.

Morbi Iouea-
les.

Iuppiter ex re-
bus corporis
quidnam suum
agnoscat.
Nota ab inter-
rioribus &
excretis ho-
minum Iouia-
lum,

DE MARTE



MARTIS

Martis stellam, ignea natura esse & planè aestuantem, vel de epitheto annuerunt Graeci, quibus Mars ipse πύρρος dictus est. Nam vrentem calorem, & ob intemperantiam maxime noxiū habet: quapropter flava bilis, omnium qua in corpore sunt calidissima, praesse merito existimatur: & qualitates una cum radio, propter naturalem malitiam, ad perdendū quam generandum procliviores deorsum refundere. Quod Graecorum antiquissimi, posteritatem latere noluerunt, apud quos ἄρης id est Mars, ἀπό τῆς ἀναίρεσιν, hoc est à sustollendo & corrumpendo: aut, ἀπό τῆς ἀγῆς, ut Phurmitus scribit, id est, à damno, & interitum, nomenclaturam est adeptus. Propterea inauspicatum sidus, & cum Saturno maleficū esse rectè cum Ptolemaeo asseuerat Galenus. Nam huius caloris, ut dictum est, vrere & perdere proprium est magis, quàm fouere. Id quod in humanis corporibus flava bilis praestat, & agnoscit. Quid enim ex igni producas ac generes: Hinc vitia & mala cum corporis, tum animi quamplurima inducit: de quibus postea. Ex intemperato enim ardore, & bilis vehementi commotione, intemperatas perturbationes innumeras excitari certū est: quas incompuestas quoque actiones, & violenti, inconsideratique affectus sequuntur. In quorum acie militant rixae, contentiones, homicidia, bella, & similia. Vnde Mars belli, & armorum deus, à Poëtis non temere dici ac fingi mihi censetur: nutricem habens Belonam, vel, ut alijs placet, matrem, aut sororem. Quid enim à calore immodico qui iam effervuit, ac suapte natura vrendo cuncta conficit, & in flammam euolat (qualis est biliosus, aestus merè martius) sperari, aut expectari queat? ni ille hercule, nisi immoderatum & praeceps, breuiq; periturū. Est itaq; ad vrendum, aresaciendum, & perdendum in primis apta Martis stella: modò non aliunde impedita, sui iuris fuerit. Quod Ptolemaeus, summum rerum cæli philosophū innuisse audies. ὁ δὲ τοῦ ἄρεος ἀστῆρ (inquit) ξηραίνων, μάλιστα καὶ καυσοῦν ἔχει φύσιν, τῷ πύρρει χρώματι οἰκείας, καὶ τῇ πρὸς τὸν ἥλιον ἐγγύτητι ὑποκειμένως αὐτῷ τοῦ ἡλιακῆς σφαίρας. quod verti potest. Martis stella, & aresacit, & vrit, sicut congruit igneo ipsius colori, & Soli vicinitati, ut qui illius sphaera subiectus sit. Hinc factū facile crediderim, quod ex facultatibus corpus humanum, & vitam dispensantibus, ob innatam malitiam, Marti nullam ascripserunt antiqui: sicuti etiam nec Saturno, ut supra est dictum. Sed ex his qua naturali subseruiunt, astractricem ei tribuerunt: & ex visceribus hepar, aut potius fellis vesiculam eidem appendulam: quàm Graeci, κῦσις χολιδόχου nuncuparunt, Latini bilis folliculum, seu biliosus humoris, cui Mars praesidet, armariolum. Ille in natali caelo potens, & sui iuris factus, quia Ptolemaeus, & Galenus maleficus esse censetur, ac bilem flauam aestuantem, ac precipitem sibi inauthorat, idcirco homines cum animo, tum corpore tales agnoscit, qui gladiatorie & minaciter loquuntur ac incedunt: perque enses, perque ignes irruunt: non mouenda mouent: caput cerebro vacuum gestant: alterius potestatis, aequae ac iniuriarum sunt impatientes: praeposteris consilijs omnia agunt: sese periculū temere precipitant: propositum saepenumero mutant: sui sunt profusi, & alieni appetentes: summi viribus res arduas tentant: arcem ex cloaca faciunt: cornua & supercilium vbique attollunt: cælum, ceu digito attingentes, omnia territant: tragicè, ut Gygantes, loquuntur: cornu habent: cælum terra miscent: pennas nido maiores vbique extendunt, pugnis ac calcibus in omnes, & per omnia grassantur: plaustro conuicijs onerata circumferunt: in fermento iacentes frenum mordent: ceu astro quodam perciti, cadunt omnes, inque vicem committunt crura sagittis, Manliana & Phalaridis imperia sustinent: litem vbique mouent: nec magis humilibus, quàm lupi parcunt: currenti ad iras calcar addunt: corpus sine pectore gestant: infreni ore columnas rumpunt: ferrum ferro exacuunt, et litem lite componunt: ignem igni addunt & oleo incendium extinguunt: sunt vbique ut Martii pulli, fel in ore habent, & ignem in corde, iura sibi data negant, de alieno corio liberales sese praestant, &c. Quod ad morbos attinet huic stella familiares, & congeneres, talem de priscorum obseruatione illorum habito catalogum, Ter tiana febris, icterus, phrenitis, causus, eryspelas, hemoptoem, dysenteria, vrina ardor, hemicrania, huius nota alijs, qui de bilis flauae quantitate, vel qualitate, ut dicunt, pescant, adhuc de sanguinis adustione, igneis scintillis & vaporacionibus, biliosis, necnon torius corporis incendio, & similibus causis emergere plurimum solent, aduersus quos tam precauendo, quàm curando, peritus aliquis medendi magister, te prorsum immunem reddere poterit. Caterum qui Martiam naturam agnoscunt, hi pulsus habent magnos & celeres, vrinam flauam, igneam, ac mordacem, sudorem acrem, salsum, vel amarum, deiectiones flauas, linguam siccam, narium mucum paucum, eumque subflauum, cum simili oculorum lippitudine, aurium sordes multas & biliosas, somnia, ignis, incendiorum, homicidiorum, litium, armorum, & huius pictura aliorum. Sed de marte, quod adhuc locum attinet satis.

Martis stella
ignea & aestuans.

Martis certa
ex epitheto
natura.

Mars pluri-
morum malo-
rum est au-
thor & conciliator.

Ex rebus cor-
poris quanta
sibi de idcirco
Mars,

Martialis
hominum mo-
res & natura.

Mars biliosa-
rum hominum
pictura.

Morbi Mar-
tiales & con-
generici.

Nota tam in-
terna quàm
externa mar-
tialis homi-
num & bilio-
forum.

FESTI AVIENI DE VENERE.



Venus unde
appellata, cum
sua natura.

Veneris stella quod ad res omnes veniat, Ciceroni simpliciter est dicta. Alijs genitale astrum, & prolificum, ob humidi temperaturam, insitamque vim beneficam, quam habet ac infundit. Cui ea inesse fertur natura, ut corporibus, & substantijs inferioribus, tantisper dum generantur, vel fouentur, succum blandum, & humidulum suggerat: ita tamen, ut irroret, magis quam mergat & inundet: sequaturque roris potius naturam, quam imbrium. Qua res (o pinor) effecit, ut Venus decenti epithero apud priscos poetas, homines re vera Φιλοσοφώτατος καὶ ἀσπολογώτατος, ab alendo, alma passim nuncupetur. Quod attinet ad alteram illius qualitatem, nimirum frigiditatem: quemadmodum ex calore, alium posuimus qui foueat & alat, qualis est Solis, deinde Iouis, & qui illum emulatur calidi inari: alium insuper qui vrat & perdat, qualis est Martis, & qui illum agnoscit flauabilis. Sic in frigidi natura, vnum utcumque temperatum statuemus, quale est in Veneris radio, & pituita dulci, cui preest Cypria: alterum corruptens & intemperatum, quale est in Saturno & melancholico succo. Ex quibus facile moueor, ut Ptolemaeo assentiam, ac Galeno subscribam, qui de numerosissimo stellarum choro, duas simpliciter adiutrices, beneficas, & natura amicas dixerunt, Iouem scilicet ac Venerem: duas vero alias, Saturnum inquam & Martem, corruptrices, natura inimicas, ac maleficas. Sed ipsius Ptolemai sententiam

Venus quo
modo frigida
esse intelligatur.

Due stella bene-
fica, & to-
tidem malefica.

Lib. 1. Apo.
tel. sub finem.

Latinam, ne nimium sim longus, hic adscribere consultius erit. Cum quatuor sint humores (inquit) seu prima natura, dua fecunda & viuifica, nempe calidi & humidi, ex quibus omnia coalescunt ac roborantur: itemque dua exitiales & detrimentosa, aridi & frigidi, unde rursus dissipantur & debilitantur omnia: tradidere veteres stellas beneficas esse Ioui, Veneris & Lunae, eo quod temperata natura sint: & in quibus plurimum insit calidi & humidi. Stellas vero Saturni & Martis maleficas, quod contraria sint natura & effectus: alteram enim frigidissimam, alteram feruentissimam esse voluerunt. haecenus

Veneris tem-
peramentum
& qualitas.

ille. Existimabis itaque Veneris spiraculum humidum esse sed absque vilo excessu, cum pauco, eoque temperato tepore. Quod antiqui poetae, fortasse respexisse voluerunt, dum Venerem esse spumam (quae est veluti aquarum spiritus & medulla) genitam fabulati sunt: a qua ἀφροδίτη nomen habet. Vel, quod spumosa sint animalium semina, vel quod omnia humore gaudeant. Vel, ut verè commentus est Euripides, quod ἀφρογες sint, & parum sana mentis, qui se à Venere superari sinunt. Quibusdam, hepar inter alias corporis partes, illi cum Ioue scribere visum fuit: in quo concupiscibile facultatē, cupidinesque omnes pharetratos (quibus

Venus, quis
bus corporis
partibus praesit.

Venus mater esse creditur necnon titillationū, & appetituum sedem statuerunt Plato, & Galenus: sine quibus, an animal vllum sentiens esse possit, quum materia ex qua aliquid sit. forma sit appetens, iudicabunt philosophi. Sed genitalia animalium membra illi rectius addicta existimarim: unde voluptatum ministra, & libidinis dea suo quodam iure esse censetur. Cum his etiam in odoratu, & gustatu partem habet: in quibus cum animi, tum corporis delicias sitas esse ambigit nemo. In quam rem allusisse mihi videtur Lucretius poeta in omni philosophia summus: apud quem Venus, hominum, diuinumque voluptas or-

Quibus corpo-
ris sensibus
impeget Ven-
nus.


natur

natur titulo conueniente rei. habet insuper de facultatibus appetitricem, & ex humoribus pituitam ut dixi, dulcem, insipidam, ac naturalem: qua in sanguinem vitæ amicū transire, & nisi omnes mentiuntur Asclepiada, à nativo calore excoqui facile potest. Ceterum, quia Venus cum suo radio, planeta est ut diximus, temperatus, idcirco homines agnoscit, in quibus est cygnea cantio, & atticus lepos: qui mores amicorum noscunt magis, quàm odio habent, floribus gaudent & vnguentis: munditiarum sunt amanti-
Veneriorum hominum mores & natura.
 tissimi. Cupidinis crumenam porri folio vinctam circumferunt: vno digitulo caput scalpunt: melle perunt. Si lesbiantur ac corynthiantur: summis vnguibus incedunt: lentiscum mandentes, Lydio more viuunt, auricula infirma, & quauis spōgia sunt molliores ac delicatiores: cuticulam splendide curant, ac sibi ipsis placent: mellis modullas ubiq; in ore habent: caput demulcentes cauda blandiuntur: oleum in dextra auricula gestant: statū corporis & oculorum decorum habent: molliculo sunt capillitio, & cute delicatula, gignenda proli, & propagando generi deditissimi: rebus amatorijs ac catilenis vacant: pietatis misericordia, & fauoris sunt studiosissimi: omnibus gratijs insignes habentur, in vtranius autem, & vtrunque oculus dormiunt. &c. Huius proles, peculiare & suos morbos habet, in quibus catharri, coryze, branchi, lethargus, paralyfis, apoplexia, gonorrhœa, obstructions, renum, vesicæ, vteri, & pudendorum dolores, quotidianæ febres, capitis affectus, Lyenteria, diarrhœa, hydrops, diabete, salua stomachalis, & huius farina alij, qui de cruditatibus, cacochymia, abundante plus sat̃is pituita, flatibus, imbecillo calore, perfrigeratione, & similibus prodire plurimū solent: quorum omnium & præcautionē & curationem, à præstantissimis medicis, ceu à Deorū manibus, opportunè exiges. Quod ad pulsus attinet, paruos, tardos, & molles habet: mucum per nares copiosum emungunt: ructus acidulos expectorant: sudorem insipidum exhalant: lotiū album pallidum & tenue reddunt, crassum nonnunquam & turbidum in alui deiectiones albus excernunt humidæ: mucosæ, lentæ, & cruditarum plenæ. Aquas plurimū somniant, balnea, piscationes, colubros, & similia. In quibus hanc de Venere commentatiunculam tibi claudimus.

Morbi Veneris & pituitæ forum.

Note tam interna, quàm externa venereorum.

DE MECVRIO.



Supereſt de vniuerſo ſeptem planetarū theatro ſanèquam venerando, vnus Mercurius: cuius ſtellæ verſatilis eſſe natura, & Protheum quendam imitari, cum Ptolemao, & priſcis rerū cæli interpretibus omnibus, fidē facit experientia. Nam alio tēpore frigidū eſſe illius ſpiraculū, alio humidū, quandoq; calidum, & retorridum, nonnunquam ventosum, ex commotionibus quas in aëre ciet, facile eſt deprehendere: Nūc enim Solis naturam, nunc Luna, nunc aliorum quibuſcum miſcet̃ur, celerrimè induit. Vnde factum videas, vt nunc vir, nunc femina fiet, quāadmodum ſcripſit poeta. Qua res, locū ſortāſſe dare potuit hūc quæ de Hermaphrodito apud Naſonem ſub cortice anigmatice circumferuntur. Habet itaq; hic planeta naturam mirè variam: quod de Ptolemaei verbis probare aggredior. Mercurij ſtella (inquit) vim fere parem
Mercurij ſtella inconstans, verſatilis & varia.
Lib. 1. Ap
 K 2
 habet

Mira Mer-
curialis stel-
le natura: &
ingeniorum
quibus præ-
est.

Mercurius
quibus rebus
corporis præ-
est.


Mercurij stel-
la qualem me-
lancholiam
quandoque
efficiat.

Mercurialis
hominum mo-
res & natu-
ra.

Morbi Mer-
curiales.

Res cæli, cū
rebus corpo-
ris magnum
habent com-
mercium.

habet in desiccando & absorbendis humiditatibus: propterea quod non valde longè à Sole recedit. Aliquādo vero in humectando, quia vicina est Luna: quæ terra proxima vehitur. Subitarū autem mutationū in vtrāq; partem est effectrix, concitata a celeritate sua, quæ mouetur circa Solem. Hac ille. Itaq; quia concitioris motus est, idcirco eam concitationē in corporum qualitatibus & humoribus eorundem permiscendis, ac alternandis retinere fertur. Vnde, quia ubiq; dubitant Mercuriales, vndecunq; etiam quarunt ac sciscitant abundi perscrutantur singula. perscrutandoq; ad secretiora penetrant: & quæ prius erant obscura aperiuunt. Quinetiam profisciscuntur vterius ad intentata, dum non solum suos, legendo, audiendo, & scribendo, exacuunt spiritus: sed etiam fidentiores faciunt, redduntq; indefessos. Ceterū, humor ipse quæ Mercurij stella ciet, mirum in modum est acutus, & penetrabilis. Quæ ex re fit, vt hominum, cogitationes ad eloquendum, scribendum, & ex tempore dicendum ac discendū vehementer promoueat: atque animū ad rerum subtilium, & ingeniosarū peruestigationem promptissime exacuat: adeo, vt querendo Mercuriales quiduis facile inueniant, inueniendo cognoscant, & cognoscendo scientes euadant. Hinc rationalem animam vim, quam Peripatetici artium omnium artem & officinam dixerunt, (propterea quod sola reliquas potestate comprehendit, vnā cum intelligentia, & phantasia, (quæ receptaculum est eorum omnium quæ sensibus offeruntur) illi merito sacrarunt antiqui. Insuper, facundiam (vnde Gratiarū dux fingitur) cum oratione, quæ conceptæ rationis est explicatrix. Rursum & linguam, quæ cum vocalibus instrumentis, orationis est artifex, & intelligentia ministra. Ex quo & quæ à Græcis Mercurius dictus fuit: quod ἐρμῆος, hoc est interpretationem auspicatum, stella illius defluuium ingeneret. Fel præterea eadem nonnulli addiderunt, quod Aristoteli purgantis se iocinoris, vel, vt alijs placet, efferuescētis sanguinis, est excrementum: Cuius natura penetrabilis & acris, quantas ad inueniendum, intelligendum, discernendum, & eloquendum, vires habeat, docet, post Aristotelem, vetus prouerbiū hoc, animum non habet, qui iram non habet. Quamquam non sum nescius de animositate etiam intelligi posse. Sed hic non omittendum, quod stella Mercurij, melancholica quandoque est natura, aut, si mauis, melancholiam efficit, sed celerem & subtilem, qualis est in apibus, & formicis: vnde, in his prouida diligentia, in illis verò, sedula industria commendatur. Saturnus contrā, grauem & pigram efficit: qualis in asinū & bobus apparet: ex quo in vtrisque laborum tolerantia mirè probatur. De facultatibus corpus humanum regentibus, in animalibus, & eius sobole, quæ ratiocinatrix dicitur, propter causas prius expositas partem sibi vendicat. Stilbon, aut si mauis Mercurius, cuius stella cum suo radio (vt antea scripsimus) quia naturæ est versatilis & ancipitis, nunc flauam bilem mouens, nunc atram, sed dilutiorem tamen, idcirco varij temperamentī homines, & naturæ sic satis confusa, figurare solet: de quorum pictura sunt, vt hinc exordiar, aureos montes pollicentes: quæ difficultia sunt pulchra existimantes, fallaciam fallacia trudentes, tanquam in speculo multa videntes: in vtrumque parati, aut versare dolos, seu certa occumbere morti: cretiscantes contra Cretensem: nodum vbiq; in scirpo quærentes: fumos vendentes: oua subuentanea parientes: duos parietes de eadem fidelia dealbantes: Chameleonte mutabiliores, ventorum campos circumferentes: duabus sellis plerumque sedentes: vulpina pelli leoninam subsuentes: bullatas nugas plenius loculis gerentes: somnia sibi fingentes: animis pegaso velociores: nunc de toga, nunc de pallio rixantes: ad omnia, ceu nauibus & quadrigis festinantes: ante victoriam triumphum canentes: vias quibus effugiant multas habentes omnes naso, suspendentes, libenter & facile discentes, græcam fidem possidentes, proprijs ingenij viribus confidentes: sciendi cupiditate à publicis negotijs abstinentes: ab augenda re domestica, & promouendis liberis ob mirum sciendi desiderium, animum prorsus alienum gerentes, vnde pauperes in paupere recto sapenūmero moriuntur, nominis immortalitatem perituris diuitijs præferentes &c. Morbi quos Mercurij stella agnoscit, & suis immittit, sunt epilepsia, phrenitis, cholera morbus, quandoque causus, melancholia, dysenteria, angina, phthisis, pleuritis, teneismus, vertigo: in summa affectus omnes qui partim sunt Saturni, partim Martiales, aduersus quos, optimus medicus, optimis remedijs, si mature illum consulueris, te peropportune pramuniet, & immunem reddet. De pulsu, excrementis, & insomnijs, & alijs, quæ hac stella sua soboli communicat, nihil peculiariter hic possum scribere, propterea quod vnius naturæ, (vt iam admoeni) haud quaquam esse solet, quare confuse varia ei omnia adscribes, de qua stella & reliquis sex in cælo primarijs, hoc est, de planetis septem, quod ad medicam & astronomicam de illis commentantium: culam attinet, verbum non amplius addam, alijs suum locum ex ordine daturus, modò mihi placidè concesseris ex his quæ hæcenus & alibi scripsi, rerum cæli, cum rebus corporis magnum esse commercium. Ad hæc peritum astronomum, cum perito medico, admodū conuenire, Quod facile ex precedentibus colligere licet.



CIRC VLI.

- 43 QVATTVOR aërios Zonæ cinxere meatus:
 Quattuor has cursus & tempora nosse volentem
 Scire sat est. quin signa etiam sunt quattuor istis
 Plurima, quæ zonis hærentia conuoluuntur.
 Ipsæ inconcussa retinentur sede per annos,
 Mutuæque implexa sibimet consortia mordent:
- 44 At modus in binis protenditur. Aëra, pepli
 Sidera nocturni, si suspectare libebit:
 Nec scindunt medium Phœbeia lumina mensem,
 Languet ut in stellis species hebes, omnia cœli
 Illustrante dea, ac flammæ superante minores,
 Orbes sed haud pleno finit igni feruere acuto
 Sidera, candentis speciem super inspicere Lactis
 Protendi cœlo: color olli nomen ab ortu
 Primigeno statuit se; Zonam Græcia solers
 Concelebrat, nostro sic Baltheus ore notatur.
 Non isti forma similis, similisve colore
 Circulus est alius: modus & mensura duobus,
 Est compar solis: alios duo parcius arctat
 Linea, nec multa trahit istos ambitus æthra.
- 45 HORVM alius duri cum soluunt flabra aquilones,
 Et cum præcipitant borealia flamina sese,
 Axe Lycaonio iacet obuius: hîc Geminorum
 Sunt capita, hîc genua Aurigæ defixa quiescunt:
 Circulus hic idem retinet pede Persea læuo,
 Atque sinistro humero cubitu tenus: hic quoque dextram
 Sustinet Andromedæ manus extima, desuper acri
 Subrigitur boreæ, cubito inclinatur in austrum
 Merens Andromeda: hic celeris vestigia summa
 Præstringuntur Equi, præstringitur Ales ab ipso
 Verticis extremo, secat hic humeros Ophiuchi
 Circulus, & secum flagrantia dorsa reuoluit:
 Erigone tepidum sese summittit in austrum,
 Virgineusque pudens Zone supereminet artus.
 Sed Leo, sed Cancer borealis tramite cœli
 Viscera protendunt, at circulus ima calentis
 Pectora perque aluum procul in postrema Leonis
 Succedit: secat alius per viscera plana,
 Et medio subter caua tegmina diuidit orbem,
 Lumina recludens altrinsecus. orbita porro
 Ista poli partes si discernatur in octo,

Quinque superuoluit se partibus:at tribus alti
 Intrat stagna sali:sol istinc flamiger æthram,
 Iam relegit,pulsusque deus semel ordine facto
 Flectitur æstiuo,neque celsum femita in axem
 Sideris erigitur,viarurfum nota iugales
 Suscipit,inque notum rutili redit orbita solis.
 Circulus iste quidem Cancro tenus adiacet axe.
 46 SEMPER in occiduo procul alter cardine in austri
 Diuidit imbriferi corpus medium Capricorni.
 Idæique pedes pueri,postremaque caudæ
 Cæruleæ,breuis hic lepus,hic canis artus
 Conditur extremos:hic Thessala cernitur Argo:
 Hic Centauræ fera molisterga secantur:
 Istæ venenatæ disiecta volumina caudæ
 Amputat:hic arcu protenditur ampla Sagitta:
 Vltimus hic Phœbo locus est,vbi lapsus in austrum
 Pellitur,albenticum canent tempora bruma:
 Sideris hic metæ procul istuc cælite cursu,
 Axe sereniferi descendit Sol aquilonis.
 Partibus iste tribus tantum se circulus effert,
 Quinque latet,creperi succendens stagna profundis.
 47 INTER vtrunque dehinc quantus iacet ambitus illi
 Zonarum,cana speciem quo lactis in æthra
 Cernitur,ingenti se tramite linea tendens,
 Diuidit ima noti:discernit & alta aquilonis:
 Hic luci modus & tenebris sub lege magistra
 Pensatur,nox æqua diem subit æmula,Phœbus
 Lumina substituit paribusque reuoluitur horis,
 Vel cum summa æstas coquit agri viscera hiantis,
 Vel cum floricomio iam tellus vere mouetur.
 Ast isti celsæ quæ tramite panditur æthræ,
 Indicium est Aries:hunc totum linea quippe
 Sustinet:hic Tauri curuantur crura minacis,
 Et rutilat stellis hic baltheus Orionis.
 Spira Anguis levis hic,craterque tenacia corui
 Ora inhiant:hic sunt flexarum denique flammæ
 Chelarum:genua hic rigidi vibrant Ophiuchi.
 Nec Iouis armigero caret Alite:nanque per ipsum
 Fulua Aquila est caput.hic Equus eminet,hicque comanti
 Cervice erigitur claræ dator Hippocrenes
 Treis omnes rectè contentos tramite cœli,
 Distantesque pari spacio sibi transigit axis,
 Omnibus & medijs vt circumfunditur idem.

48 DESUPER obliqua est alijs via, quartus & iste
 Stringitur arctatus Zonarum more duarum,
 Quas ab diuersa mundi regione locatas
 Scire repercussi momentum diximus astri.
 Hunc alius medium medius secat, haud dea Pallas,
 Vel licet cunctos præcellat acumine, diuos,
 Compingat parili sic lubrica plaustra meatu,
 Implicet ut spacijs sibimet distantibus orbes,
 Qualia deuexo neſtuntur ab ordine cuncta,
 Vrgenturque viam ſimilem, noctesque diesque,
 Lucis ab exortu procul in vada Calpetitana
 Nanque Titaneo cum ſunt elata profundo,
 Rurſus in occiduos merguntur ſingula fluctus
 Ordine partito. ſimilis naſcentibus ortus:
 Scandendi lex vna mouet. par denique lapſus
 Omnibus, & ſimili conduntur ſidera caſu.
 Ille autem oceani tantum deſcendit in æquor,
 Quantum ab cæruleo diſtat Cancro Capricornus.
 Et quàm multus item eſt vbi gurgite protulit ortum.
 Tantus in aduerſas itidem eſt cum labitur vndaſ,
 Signifer in ſpaciū quantum deducitur oræ
 Ambitus extremæ puncti vice terra locanda eſt,
 Vnde acies oculis cum tenditur, hæc quoque puncti
 Sedem habet: hoc ſigno procurrat miſſa per auras
 Signiferi in ſummum, medio de tramite ſi quis
 Dirigat obtutus agilis procul, hōſque locorum
 Deſſos longo ſpacio tener amputer aër,
 Id quod contenti viſus abſcinditur vltro
 Si qui in ſigniferi patulū circunferat orbem
 Sex olli partes magnæ dabit ambitus oræ.
 Aſt hæc dimenſa ſpacijs ſic lege locantur,
 Binæque deciſis includunt partibus aſtra.
 49 OLLI Cancer ineſt, Leo flammifer, Attica Virgo,
 Brachia ſunt itidem Chelarum, & Scorpius ipſe,
 Arcitenens: ſetoſa dehinc ſpecies Capricorni
 Voluitur, auratam protendit Aquarius urnam:
 Tum duo ſunt Piſces, Aries, Taurus, Geminique.
 His ſe biſſenis ſol admouet, hiſque recurrēſ
 Omnibus abſoluit totos reparabilis annos:
 Quæcum ſigniferi graditur ſol aureus orbem,
 Singula frugiparos attollunt tempora vultus.
 50 ILLI Vſo oceano quantum ſubmergitur alto
 Tantum telluris ſupereminet, omnibus iſte

Noctibus illabens pelago sex inserit astra,
 Sex reparat: tanto nox humida tempore semper
 Tenditur, extulerit quantum se circulus vndis.
 51 A T si scire velis, mora lucem quanta retinet,
 Et quanto nox atra sibi trahat ocia lapsu,
 Quæ procul oceano confurgunt signa notato:
 Horum semper enim comes est Titanius vni:
 Horum prima oculis memor incunabula quære
 Luminis ipsa, vagi captans venatibus ipsa,
 Ipsa notans mundo quæ sic se nubibus abdent.
 Aut si confurgunt, ut tellus sæpetumescit,
 Occultata iugo, prætentæque rupe latebunt,
 Prompta via est alijs venientum tempora signis
 Noscere nanque ipso deprenderis indice cuncta
 Oceano, magnam quæ circum amplectitur vndis
 Tellurem, curuet celando ut littora mundo,
 Latius atque sinu patuli salis hauriat astra,
 Istius indicium præbebunt cornua semper,
 Vel matutino quæ perstrepat aëre fluctu,
 Acer Atlantei vel quæ furit æquoris æstus.
 52 N A M non obscuræ, cum Cancer commouet, ortum,
 Oceano stellæ circumuoluentur utroque
 In fieta labentes, aut quæ rursus eoi
 Parte ferunt mundi. Minoæ clara Coronæ
 Serta cadent, austri tergo cadet incola Piscis:
 Hunc medium pendere tamen, médumque sub vndas
 Cedere per spina rutila labente Corona
 Semper suspicies: at tergi plurima versum
 Ventre tenus summo supera inter sidera cernes:
 Os & colla dehinc & pectora vasta per æquor
 Mersantur, premit ab genibus celsos Ophiuchum
 Usque humeros Cancer. Cancer premit ortus & Anguem,
 Agmine quæ vasto fluit ad caput aspera ceruix.
 Qua tumet & spiris: quæ turgent pectora, primis.
 Parte nec Arcturus distabit multus utraque:
 Iam minor in superis, iam viscera plurimus alto
 Conditur: hunc etenim confortem quattuor astris
 Oceanus recipit. satur hic vix luminis Amni
 Cedit, & inspiciens tandem conuexa relinquit.
 Tum iam plus medijs nox inclinabitur horis,
 Cum labente die Phœbo comes ibit in vndas:
 Ista quidem vasti conduntur gurgitis alto:
 Contra autem nulli concedit sideris ortu

Orion rutilans ardentia cingula late,
Et flagrans humeros, & splendens ense corusco,
Eridanúmque trahens alio se littore promit.

53 **ADVENIENTE** dehinc villoso colla Leone,

Omnia quæ Cancro sese emergente per æthram
Extulerant, abeunt: quin & Iouis Ales in vndas
Conditur, & totis raptim petit æquora pennis.
Sed Nixus genibus replicato luce residens
Poplite, iam superi cælatur corporis artus.
Non tamen iste genu, non læuam gurgite plantam
Occulitur, non oceanus vorat omnia signi

Proferit Hydra caput, claro Lepus exilit ortu,
Et Procyon, primique pedes Canis ignicomantis.

54 **ERIGONE** falsis cum vultum exegerit vndis,

Aëris vt patuli iam conscia permeet æthram,
Astrorum numerosa premit. nam Virgine eoa
Confurgente, freto cedit Lyra Cyllenæa,
Cedit Delphinus pelago, ceditque Sagitta,
Primæque pennarum pars canum condit Olorem:
Vix iam cauda salum superat: vix lumine parco
Eminet Eridanus, ponti procul efflua tingit.
Cælatur Sonipes caput impiger, ardua ceruix
Tethyos ima petit falsæ, iubar ora madescit.
Hydra superpositum procul in cratera mouetur:
Parte alia & liber vestigia Sirius ardet:

Vltima cæruleo producens æquore pippim,
Illa micat, maloque tenus sese exerit Argo,
Cum iam virgineos æther vehit altior artus.

55 **NEC** cum flagratus emittunt marmora Chelas,
Sideris expertes & clara luce carentes,

Non est nota dies, aut est ignobilis ortus:
Nanque his indicium proprio fert ore Bootes
Plurimus exoriens, Arcturúmque cminus alto
Cardine succendit: iam cello Theffala puppis
Aethere subuehitur: iam mundo funditur Hydra
Longior, extremæque polum subit indiga caudæ:
Curua Chij cælo confurgunt brachia signi.

Inspice ceu dextra referatur ab æquore planta,
Inque Genu tantum nixus pede proferat ortum.
Iste Lyrae rutilat conterminus, atque sub vndis
Hic tenebris petit occidui vaga cærulea ponti,
Et mox oceano reparatur clarus eoa
Cum Chelis igitur pede tantum promitur vno:

L

Ipse

Ipse dehinc versus procul in caput, vltima monstri
 Terga manet, manet Arcitenens dum spicula cœlo
 Exerat, & supera vibret bellator in æthra.
 Hoc sidus reuehunt Chelæ, crus Scorpius ipse,
 Cætera cum medio, læuam, & caput, oraque rursus.
 Arcus agit, tribus hic tandem memorantia membra
 Partibus erigitur, tria totum denique signa
 Absoluunt pelago. mediæ tumserta Coronæ,
 Ex qua Centauro diffunditur extima cauda,
 Prima venenati cum repunt brachia monstri,
 Surgunt oceano iam gurgite, & vltima Cygni,
 Et caput acris Equi premit æquora: iam procul ista
 Marmoris occidui penitus petiere profundum,
 Hausta fallo caput Andromedæ freta vasta receptant;
 Ac formidatam deuexi cardine mundi
 Fluctigeni speciem monstri superinuehit auster.
 Sed boreæ de parte trucidis velut aggere ab alto
 Prospiciens superi subiecto verticis axe,
 Intentusq; procul specie, vaga brachia Cepheus
 Exerit, & sæuam pelagi monet adfore pestem.
 Illa tamen versa in fluuium postrema profundo,
 Tingitur ab spina capite quæ proxima summo est,
 Undeque succedens Cepheus, & verticem & vlnas
 56 Mersatur patulus. Quin & tum Scorpius acer
 Nascitur oceano, quicquid per sidera aquarum
 Ad speciem Eridanus pater expuit, abditur alta
 Tethye, & occidui tegitur Padus æquore ponti.
 Scorpius ingentem perterritat Oriona,
 Proserpens pelago. vetus, ô Latonia virgo,
 Fabula, nec nostro struimus mendacia versu
 Prima, neque obduri compegi germinis: ætas
 Prima dedit populis. cæcus mos mentis acerbæ,
 Immodicusque furor sceleris penetrauerat cœstro
 Impia corda viri: tabuerunt dira medullis
 Protinus in medijs incendia: plurimus ardor
 Pectore flagrauit tene improbus ille, procaxque,
 Te dea, te dura valuit contingere dextra?
 Cum sacrata Chij nemora, & frondentia late
 Brachia lucorum, cum siluæ colla comasque
 Deuotæ tibi met manus impia demolita est.
 Audax haud facinus donum foret O Enopioni:
 Digna sed immodico merces stetit illicet ausu.
 Nam dea nubiferi perrumpens viscera montis,

Dirum antrisanimal sæuos vomit hostis in artus.
 Ergo vt falcatis monstrum petit Oriona
 Moribus, & totas in membra ferocia chelas
 Intulit, ille male mali pœnas luit. ista furori
 Præmia debentur, sunt hæc commercia læsis
 Semper numinibus. metus hic, metus acer in astro
 Permanet, & primo cùm Scorpius editur ortu,
 Orion trepido terræ. petit extima cursu.
 Nec minus Andromedæ quicquid volitabit in æthrâ
 Et si quid Pistrix reliquum conuexa vehabant,
 Hoc oriente ruunt: omnes procul in vada terror
 Ingerit, & cunctos pauor vnus in æquora cogit.
 Cepheus ipse caput, distentâque brachia vasto
 Induitur ponto: tellurem cingula radunt
 Extima, & oceano merfantur pectora rauco
 Sola senis, reliquum polus ast à littore versat.
 Semper in occiduø genetrix quoque Calsiepeia
 Sidera præcipitis sequitur labentia natæ,
 Deformémque trahit procul in vada cæca ruinam,
 Prona caputque solo, solio vestigia ab alto
 Sustollit miseranda: superquatit ira furorque,
 Doridos & panopes post fata nouissima matrum,
 Ac memor has pœnas dolor exigit. omnia fluctus
 Hæc simul occiduos subeunt. tamen altera in vndis
 Sufficit, inque vicem lapforum multa reportat.
 Tempore nanque isto reliquæ se ferta Coronæ
 Expediunt pelago, postremique agminis Hydra
 Erigitur caudam, caput. & turgentia membra
 Centauro exuperant, manus effert dextera prædam
 Siluarum nam prima feræ vestigia mollis,
 Arcum fera manent, Arcu redeunte per æthram
 Protulit, incipiunt reliquum Serpentis & artus
 Anguitenentis, item fert primis fluctibus Arcus
 Amborum capita, & primis geminas Ophiuchi,
 Ac primam rutili spiram. Serpentis eoo
 Scorpius oceano surgens agitat. pede Nixi,
 Quem procul aduersum semper salis altera mittit,
 Tunc artus medij, tum pectora vasta humerisque,
 Dexterâque vlnarum spumosi gurgitis æstu
 57 Procedunt, Pariter caput & manus altera porro,
 Totas agittiferi cum vibrant astra, feruntur,
 Mercurialis item Lyra voluitur, altâque Cepheus
 Cardine sustollens vestigia, gurgite nondum

Pectora liber agit, sed pectora merfus in vndas,
 Plaustra Lycaoniæ pulsat pede desuper Vrsæ.
 Tempore non alio magni Canis ignea cedunt
 Sidera: protentum freta iam procul Oriona
 Hauferunt pelago, toto Lepus occidit astro,
 Tum quoque & oceano fugientem Sirius vrget.
 Sed non Aurigam, cum gurgitis ille profundi
 Ima petit, pedibus Capra mox, Hædiue sequuntur:
 Ista polo rutilant, illum vada liuida condunt:
 Hæc membris discreta alijs, extantiaque alte
 Læuum humerum & summæ sese attollentia palmæ
 Cernuntur, donec labenti congrada soli,
 Sidere deuexo freta late cærule turbent.
 58 N A Nq; manū Aurigæ, reliquū celsūmq; corusci
 Verticis & dorso quæ spina attollitur alto,
 Deprimit hirsuti sidus surgens Capricorni.
 Membra Sagittigero cedunt postrema reuecto.
 Iam non alatus remoratur sidera Perseus
 Aeris in spacijs, neque clauum vendicat Argo,
 Alluuione fatis Perseus pede denique dextro,
 Atque genu libero, mersatur cætera ponto.
 Argo quod curuis puppim suptrahit oris,
 Tingitur, & duro tingit vada cærule dorso.
 Ipsa dehinc manet exortum Cilicis Capricorni:
 Totaque cum pelago cælo descendit ab alto,
 Aequora cum Procyon, gressum sectatus herilem,
 Intrat, & oceano permutat celsa profundo.
 Hæc habet occidui plaga gurgitis, ista sonoro
 Supprimit vnda salo, rursus procul erigit æthra
 Cygnum, Aquilamq; Iouis, surgunt flammata Sagittæ
 Sidera, perque notum rutila tum numinis Ara,
 Delphinum paruas promit Capricornus in auras,
 59 E T matutino cum surgit Aquarius orbe,
 Os Equus atque pedes nouus exerit: ecce cadentis
 Parte poli trahit occiduum nox atra sub æquor
 Centaurum cauda, sed non caput, aut humerorum
 Vasta simul recipit: persistit pectore celso
 Cornipedis species, & cælum vertice fulcit.
 Ora dehinc Serpens, & prima volumina tantum
 60 Conditur: Ingentis late tamen agmina caudæ
 Ponè trahit subit ista solum, subit æquora rursus
 Integer oceani, cum se Centaurus in vndas
 Iecerit, atque nouo vibrarint sidere Pisces

His in summa poli surgentibus, ille per austrum
 Piscis item planta, quem pulcher Aquarius vrget,
 Redditur, haud toto tamen hic se corpore promit:
 Sed manet alterius venientis tempora signi:
 Parte latet, partem superain conuexa sonoris
 Fluctibus absoluit pelagi: sic brachia mœstæ
 Andromedæ, sic crura dehinc humerique nitentes
 Paulatim recauo redeunt maris aurea cœlo.
 Postquam adolent Pisces incendia, denique Pisces
 Cum rutilant, mundo dextram hæc attollet in vlnâ,
 Leuâque virginei rursus se corporis edunt.
 61 PHRIXE I et postquâ pecoris proruperit ortus
 Australem hic aries Aram procul admouet vndis
 Gurgitis occidui: quâ lux redit, excitat idem
 Persea proceri sustollere verticis astra,
 Et claros fulgere humeros: ac cætera nondum
 Sunt exempta solo, quin totum hoc inuida veri
 Natura ambigua rerum ratione reliquit,
 Extimus an reliquos Aries produceret artus:
 Perseos, an Taurô freta pelleret ad surgente
 Hoc vna cœlum, subit intiger haud ipse vlla
 Viscera, nascentis noua Tauri deserit astra,
 Quippe huius flammis Aurigæ sidus inhæret,
 Nec tamen hunc totum sustollit Taurus in æthram.
 Aurigam falsis euoluunt fluctibus omnem
 Surgentes Gemini, Tauro, Capra, plantâque læua
 Nempe hædi euadit, cum primum rursus ab vndis
 Cetosa insuperum referuntur viscera cœlum.
 Nam caudæ & cristæ rigor arduus aëra celsum
 Tunc repetunt, diri cum sidera gurgite monstri
 Voluit præcipitis teres inclinatio mundi,
 Eminus ingentem condit pars prima Bootem.
 Quattuor hic etenim signis surgentibus altum
 Vix penetrat pelagus, neque summa totus ab æthra
 Labitur arcturus. manus olli quippe sinistra
 Iuge manet, celsisque super subducitur Vrsis.
 63 AT cum iâ pedibus repetit fluctus Ophiuchus,
 Vt genua oceanus vasto procul æquore condât,
 Signum erit eo a Geminos procedere parte,
 Nec lateri Pistrix cuiquam vicina videtur,
 Sed iam tota super sustollitur, expuit atram
 Iam pelagus specië, nec adhuc tamë extima sorbent.
 Quid ne nascentis suspectat nauita ponto

Agmina prima Padi cœlo cum feruere aperto?
 Vicinâsque faces rutili manet Orionis,
 Curricula vt solers vero mox indice discat
 Certa tenebrarum, possitque fideliter astro
 Explorare notos & tuto carbasa ponto?
 Credo ni desit magnorum congrua cura,
 Prompta via est ipso cognoscere talia semper,
 Præceptore Ioue, & cœlo tibi signa magistri
 Omnia ducentur, monet alta Iuppiter æthra
 Singula nos, facilis veram dedit arbiter artem,
 Ne tempestatum primordia cæca laterent.

PROGNOSTICA.

64 NONNE vides, primum cùm Phœbe in cornua surgit
 Tenuia, & angusto lumen iacit ore per æthram,
 Decedente die, pronóque ab tramite solis,
 Promat vt ingressus solers tibi tempora mensis?
 Nanque facem quarti sibimet profitebitur ignis
 Corpora cùm primum perfundens lumine nostra,
 In subiecta soli tenuem porrexerit vmbram.
 Ast orbis medij si cedat Cynthia formam,
 Octauos ortus, octauâque plaustra docebit.
 Denique cum toto dea iam surrexerit ore,
 Integer vt magni resplendeat ambitus orbis,
 Effluxisse sibi medij iam tempora mensis,
 Monstrabit cœlo: pleni cùm rursus egena
 Oris eat, tanto procedens lumine formæ,
 Inferit aërijs quantum dea nubibus ignes,
 Esse senescentis sibimet dispendia mensis
 Illa docet, quibus in rutili confinia fratris
 Tertia vix mundo supèrest via: cùm minus autem
 Vmbrarum excludit, sunt tales quattuor ortus
 Marcentis Lunæ, quales sub mense renato
 Quattuor exurgunt languentis luminis vmbræ:
 Atque his octonas includunt ordine luces.
 Interiectorum numerum quoque nosse dierum
 Prompta via est, proprio semper dea proditur ore.
 Scandat quanta polum, quoties temone iugales
 Strinxerit, & quanto iam tramite liquerit vndas.
 65 AT decedentis postrema crepuscula noctis,
 Bis sex signa tibi quæ versat Signifer orbis
 Monstrabunt cursu nam Phœbus singula mutat,

Semper

Semper & alterno succedit in omnia lapsu,
 Conficiens iter ætherium: nunc igneus istud
 Astrum adolet flammis, alij nunc aurea Titan
 Lumina miscetur, vel cum deus in undas
 Labitur, & rebus formam absumpsere tenebræ:
 Vel matutino redit in cunabula linquens
 Cum pelago, & rebus suffudit luce colores.
 Sic diuersa diem comitantur sidera semper.
 Non ego nunc longo redeuntia sidera motu
 In prisca memorem sedes, habet ista priorum
 Pagina, & incerta rerum ratione feruntur.
 Nam quæ Solem hiberna nouem putat æthere volui,
 Vt Lunæ spacium redeat, vetus Harpalus ipsam
 Ocyus in sedes momentaque prisca reducit.
 Illius ad numeros prolixa decennia rursum
 Adiecisse Meton Cecropia dicitur arte,
 Infeditque animis, tenuit rem Græcia solers,
 Protinus & longos inuentum misit in annos,
 Sed primæua Meton exordia sumpsit ab anno,
 Torret rutilo cùm Phœbus sidere Cancrum,
 Cingula cum veheret pelagus procul Orionis,
 Et cum cæruleo flagraret Sirius astro.
 66 HOC vt fons est, vnde & duxit tempora Lunæ
 Nauita, quo longum facili rate curreret æquor,
 Aequora ruris amans, telluri farra parenti
 Crederet: ingenti petat hæc indagine semper,
 Seu qui vela fallo, seu qui dat semina terræ.
 Nec mora discendi, brevis hic labor, & breue tempus
 Poscitur: innumeros habet autem industria fructus.
 Vtilitas te certa manet, prænoscere motus
 Si libet aërios, & tempestatibus ipsis
 Edere principium, te primum sponte procellis
 Arcebis rabidis, te rursum principe fluctus
 Vitabunt alij, si certis singula signis
 Tempora discernas. nam mundi cardine verso,
 Vt statura raucifoni redit indignatio ponti.
 Sæpe etenim quanquam tranquillæ noctis amictu
 Mitia protenti requiescant terga profundi,
 Doctus securam subducit ab æquore classem
 Nauita, & Arctæa retinet statione phaselum,
 Cum matutinæ præsensit signa procellæ.
 Nanque alias cælo cùm tertia lumina Phœbus
 Exerit, ille sali fuit implicabilis horror,

Adfore quem pelago comitem sibi dixerat astrum:
 Crebro quinta dehinc lux cōmouet Amphitriten:
 Sæpe inopina mali clades ruit, omnia certis
 Indicijs tibi Luna dabit, seu lucis vtrunque
 Cæsa facem, seu cū terretē concreſcit in orbem,
 Sol quoque venturas aperit tibi sæpe procellas,
 Sidera producens, & cū fale sidera condit,
 Nec minus ex alijs aderit cognoscere motus
 Aequoris, & magnos cœli callere tumultus,
 Quos det certa dies, quæ longi tempora mensis,
 Astrorūque vice & mundi ratione trahantur.
 Aeris immadidum quiddam tellure creatum
 Spiramenta vomunt, vis hoc cum fundit in auras
 Venarū, occulte patulo prætexitur agro
 In subiectum oculis, terrāque supernatat omnem.
 Multaque materies, quam cū calor ignicomantum
 Hausit stellarum, superas subducit in auras,
 Et concreta diu compingit nubila mundo.
 Si minor hæc madidi substantia cespice ab imo
 Subrigitur, tenues nebulæ caligine fusa
 Tenduntur cœlo: vis autem ficcior olli
 Cum fuit, in celeris dissoluit vndique ventos,
 Vicinūque sibi flabris dominantibus vltro
 Aera propellit, si maior protinus humor
 Confurrexit humo, pluuias quoq; nubila fundunt,
 Et pluuijs late calor est pater. hic super imbres
 Exprimit, & ducta feruentis vt obice mundi
 Respuit humorem: si molles, magna vtriusque
 Occurset sibimet velut obuia, cominus agris
 Compulsa aërio fragor intonat, amplaque late
 Murmura discurrunt pariter crepitantibus auris.
 Hic inflictus item, diuersorūque per æthram
 Sæpe superna furens, illisos fulguris ignes
 Excludit, rutilis totamque volantibus æthram
 Præstringit flammis, & cœlum sulfure odorat.
 Omnibus his genitrix tellus, & cespice ab imo
 Ducuntur superi motus. ignea mundi
 Lumina, flammigero Phœbustemone coruscans,
 Et quæ noctiuagos attollit Luna iugales,
 His peperere malis exordia. nanque deorsum
 Mouit humum cū forte calor, laxata repente
 Spiramenta soli venas procul altaque pandunt
 Viscera telluris, bibit imum terra calorem

De super,

Desuper, & madidum tepesfactus cespes anhelat.
 Aeris hos motus, rabiémque volubilis vndæ,
 Flabra procellarum, mundani tramitis iras,
 Præsentire decet, cape solers singula mente,
 Præceptisq; virûm sitientia pectora pande.

64 CYNTHIA cum primum cœlo noua cornua promit,
 Cautus vtrunque deam circumspecte: nanque reuocæ
 Nequaquam semper similis lux imbuat ortum:
 Sed species diuersa trahit, varióque notatur
 Formarum primi cum surgit luminis igne,
 Tertia cum rutilat, cum maior fideris æthram
 Scandit, & acrias quarta face luminat oras,
 Ingredientis erit plenè tibi nuncia mensis.
 Hæc castigato si tertia fulserit ortu,
 Pura sit, vt fœdis ab sordibus adfore dices,
 Clara, serena diu: tenui surrexerit autem
 Si face, & ignito suppinxerit ora rubore,
 Turbida certantes conuerrent æquora cauri,
 Luminia ista dehinc si crassior, atque retusis
 Cornibus ingreditur, si quarti fideris ortu
 Percussi vt tenuem prætendat corporis umbram,
 Imbribus aut zephyris hebetabitur, arguet ultro
 Flabra noti, aut pluuias. nam crassus desuper aër
 Cornua cæca premens, notus vuidus aëra cogit.
 Tertia si rursum protollat Cynthia currus,
 Sic subrecta faces & acumina tenta ceruscans,
 Vt nec curua quasi declinet cornua, nec tum
 Fusa supinatum diducat lumen in auras,
 Occiduo zephyrum prædicet surgere mundo,
 Aut Libyæ de parte notum. sin quattuor autem
 Cynthia curriculis cœlum subit, atque coruscis
 Cornibus immodice prostantibus vlsit ignes,
 Vix prolixa salum ciet, ocyus omnia cauri
 Marmora conuoluent, fera verrent flabra profundum.
 Istius in boream quòd se sustollit acumen,
 Si curuum specie velut annuat, adfore cœlo
 Sæua procellosi prædicet flabra aquilonis.
 Nanque hoc vrgeri sese adferit, hocque grauari
 Indice, rursus eo veniet notus, hanc vbi partem
 Pone supinari conspexeris, inque reclinem
 Sponte habitum, pandi nam subrigit auster acumen
 Inferiore plaga. si Lunam tertius ortus
 Proferat, atque deæ conuoluat circulus oras,

M

Suffusus

Suffusus rutilo, mox tempestate sonora
 Spumofum late pelagus canescere cernes.
 Maior & hæc rauci versabit gurgitis vndas,
 Ipsa quoque immodice si vultum Luna rubescat.
 68 CONTEMPlator itē, seu plenū luminis orbē
 Cynthia distendit, seu cū teres ambitus olī
 Ceditur, & mediæ velut indiga lucis, vtrinque
 Sustinet obductæ sibimet dispendia formæ.
 Cornua prima replens, & cornua fessa dehiscens
 Induit, & qualem procedens ore colorem
 Hinc perpende oculis. ipso monitore dierum
 Signa tene, ac totum discerne in tempora mensem.
 Non vnum deprensa diem tibi signa loquuntur,
 Nec vulgo in cunctis adsunt præcepta diebus:
 Sed quæ signa nouo dederit nox tertia motu,
 Quartæue sustollat medios dum Cynthia vultus,
 Durabunt cælo: medio quæ edixerit ore,
 Ignes in plenos: hinc in dispendia rursus
 Altera prouisæ signantur tempora Lunæ.
 Illa dehinc donec germani luminis ignis
 Accedat Phœbe, mensis postrema notabunt.
 Hoc quod protento vehit ingens mundus inani,
 Aëra uomen habet: quod spirat cespite tellus,
 Nubila dicuntur: cælum super aula deorum,
 Axæ compactum conuoluitur. hinc sua certis
 Sunt loca numinibus: borealis verticis alta
 Regia Saturni: qua ficcior annus anhelat,
 Aestatis rutilo, calida stat Iuppiter æthra,
 Immodicus terram qua desuper ignis aduret,
 Gradiuo incolitur, brumalis pulsus habenas
 Quæ Solis redigit, pulchro Venus obtinet astro:
 Ast ubi demerso latet ater circulus orbe,
 Cessit Mercurio locus imbrifer, his super amplas
 Quinque tenens Zonas, certo via feruida Solis
 Limite decurrit, cum Luna nubila propter,
 Exhalantis humi quæ spiramenta madescunt
 Ima, vehunt cæli, luxit dum frustra frequenter,
 Desuper in nubes rutilantis lampade Lunæ.
 Pascitur humore, & varias de lumine formas
 Exprimit incerto, sic crebro denique Phœbo,
 Nubibus ambiri cū subsint nubila, Lunæ
 Creditur, hanc puoties includere circulus ergo
 Spectatur, proprio succedunt ordine signa,

Ille alias trino cū voluit tramite Lunam,
 Et geminis plerunque meat, solet vnicus idem
 Cingere. Si simplex circunuersabitur orbis,
 Signa procellarum certissima. signa sereni
 Præferet: abruptus subito prænunciat euros.
 Marcescens tenui sensim caligine, & æthra
 Digestus patula, docet vndis adfore pacem.
 Si duo se Lunæ circumfudere, repente
 Maxima vis pontum, vis verret maxima terras,
 Maiorésque dehinc stagna agitabunt procellæ.
 Si trinus rutilum constrinxerit ambitus orbem,
 Et magis immodica formidine sæuiet auster,
 Zonarum teter fuerit si tractus in æthra,
 Denique disrumpant si sese cingula Lunæ,
 Vltima tempestas ruet imi gurgitis æstus.
 96 SOLIS quinetiam, Solis tibi cura videndi
 Sit potior, Solem melius præuisa sequuntur,
 Astrorūque duci monstrata tenacius hærent:
 Siue ille occiduas vergat decliuis in vndas,
 Seu se luciferis reparabilis exerat oris.
 Istius ingentes radij, caliginis atrum,
 Et nebulosarum tractus piceo tenebrarum
 Lumine dispiciunt, cū per chaos vmbiferum vis
 Flammea peruasit, cū semper noctis amictus
 Inferit aëriæ fulgor facis: ille calore
 Pigra mouet, simulac rutilis torpentia flammis
 Sol sospita animet, Sol dura obstacula primus
 Curru adamanteo referat pater, efflua Phœbus
 Igne inhibet, Phœbus radijs densata relaxat.
 At cum flammigeri cedit vis inclita Solis
 Lucis egens, crassæque deus latet obice nubes,
 Et cœlo & pelago magnos ait adfore motus.
 Non hic cū primos educet gurgite vultus,
 Ceu picturato diuersos ore colores,
 Proferat: haud etenim talitibi Sole reuecto,
 Mitia iam cœli fas expectare serena.
 Et si tranquillo conuxa cucurrerit austro,
 Indideritque facem ponto deus integer, atra
 Nube carens, purusque coma, & splendidus orbe,
 Conuenit eorū faciem præsumere lucis.
 Sed non ora cauo similis medióque recedens
 Orbe, quasi vel si radios discingitur vltro,
 Figat vt australem porrecto fidere partem,

Aut boreæ rigidi iaculetur luminis igne,
Et vento & pluuijs reparata in luce carebit.

49 DENIQUE per flammās procul atque incendia, Solis
Ipsa deī cedunt blandi si lumina, solers
Tende oculos, certa hoc ducentur signa magistro,
Et ne sanguineus late rubor induat ora,
Qualia protractu vaga nubila sæpe rubescunt:
Aut ne labenti piceus color abdat amictu
Lampada, quære diu, si tetro crassior orbe est,
Vuescet pluuijs tellus, inflataque celsas
Aggere deuicto superabunt flumina ripas.
Ignea si fulgor præcurrit plurimus ora,
Flamina crebra salis quatient vada, flumina terras
Conuerrent omnes, & duri flabra aquilonis,
Siluarumque comas, & celsa cacumina flectent.
Vis simul amborum si vultum Solis oberret,
Cuncta noti quatient, imbres procul arua rigabunt.

71 ECC E alias primo nascentis Solis in ortu,
Vel cum præcipites pelago deus inferit ignes,
Vt cœeunt radij nebuloso: cætera quippe
Pars Hyperionis rutilat facis, hîcque comarum
Vis confusa micans mundo sua lumina præstat:
Hic globus ater item liuentia nubila cogit,
Nonnunquam crasso nebularum tectus amictu,
In conuexa redit, tum cœlo rursus aperto
Cum ruit, opposita vultum caligine condit,
Omnibus his signis in terram defluit imber.

72 Plurimus. Interdum tenuis præuerrere nubes
Visa deum, hæc celeris si præfurrexerit ortum,
Ipseque ponè sequens radiorum luce carere
Cernatur, nimbis ingentibus arua madebunt.
At matutini si Phœbum in littoris acta
Maiorem solito produxerit, atque per æthram
Marcenti similis defluerit extimus orbis,
Alta dehinc scandens minuat iubar igniferum Sol,
Pura serena aderunt, nanque olli gurgitis aër
Crassior in modicum surgens diffuderat orbem.
Et iam si tenero sustollens tramite cœli
Oblitum iusti iubar attrahit, hic quoque magnis
Cum madafacta die sub tempestatibus horret
Pallidus hora cadens promittet pura serena,
Displosis etenim per apertam nubibus æthram
Ora laboranti similis languentia pallet,

Et

Et disiectarum moles late nebularum
 Indicat exuti faciem clarescere mundi.
 Quin nascente die venturos conuenit imbres
 Noscere, cum proni procul ad confinia cœli
 Deferri piceo spectaris nubila tractu.
 Et cum declinant radij se partem in vtranque,
 Lucis in occasu, nox vt ferat algida rores,
 73 Imber erit. Puras si Phœbus condit habenas,
 Et Calpetano tranquillum gurgite lumen
 Tingat, ac in lapsu nubes ignita sequatur,
 Nôxque diēsque dehinc venturi rursus eoi
 Nimborum expertes & tempestatibus atris
 Durabunt. Sed cum radijs marcentibus ardor
 Languet, & in tenui tenduntur acumine frustra
 Phœbei crines, nimbos arguet atra procella.
 Talis & obducti cernetur forma diei,
 Qualem fraternos subtexens Lûna iugales
 Lucem hæbetat: subit hæc superi sacra lumina Solis
 Inferior, mediæque inter stans lampadis orbe,
 Arcet flammigeræ radium facis: aut tibi rursus
 Cum matutinos molitur lucifer ortus,
 Ebria sanguineæ subuoluant veller a nubes.
 Nanque grauis cœlo fundetur protinus imber.
 74 NE C si Sole procul rutila inter stagna morante
 Emineant radij, radios quoque crassior vmbra
 Contegat, ille dies pluuijs ventoque cætebit.
 Quin erit imber item, si Solem circulus ater
 Ambiat exortum: maior se denique nimbus
 Vrgebit cœlo, maior sola perluet imber:
 Circuufusa adeo si cingula nescia solui
 Seruarent terræ speciem torpentia molis.
 75 SAEPE etiam Phœbo nubes percussa rubescit,
 Et meditata dei formam, procul igne recepto
 Concipit effigiem, simulato luminis orbe.
 Id qua parte poli spectaueris, adfore ab ipsa
 Parte tene ventos: tamen hæc tamen omnia semper
 Decedente die melius ventura docebunt.
 76 CONVENIT hic etiã parũ Præsepe notare:
 Id nubi nomen, quæ Cancro obuoluitur alto:
 Græcia docta dedit, duo propter denique Afellos
 Suspice, quorum alius Septem vicina trioni
 Astra adolet, tepidum procul alter spectat in austrũ.
 In medio quod nube quasi concrescit adacta,

Id Præsepe vocant. porro hoc Præsepe repente
 Si sese ex oculis procul auferet, ardeat autem
 Congruus acrijs late rubor ignis Afellis,
 Nequaquam tenues agitant stagna procellæ:
 At si fideribus similis lux duret, & illi
 Tetra sit effigies, cadet altis nubibus imber
 Lenior, & parco mox tellus rore madebit:
 Sed boreæ si parte trucidis velut indiga iustæ
 Stella facis, lento marcescere cernitur igne,
 Et procul alterius iuba late flagrat Afelli,
 Protinus Aethiopum furget conuallibus auster:
 At regione noti si lucem stella senescat,
 Segnis Riphæis aquilo crepitabit ab oris.
 77 QVIN & terrenis cape rebus certa frequenter
 Signa procellarum: nam cum traxere tumorem
 Aequora prolixum, cum littora curua resultant
 Sponte procul, neque cæruleus colliditur æstus:
 Aut cum proceris vertex in montibus vltro
 Perstrepat aerium, ventos instare docebunt.
 78 ET cum parua fulix trepido petit ærui volatu,
 Stagna sinens, longasque iterat clangore querelas,
 Indicat insanis freta mox canescere ventis.
 Denique cum cœlo tenduntur pura serena,
 Sæuitura polo sunt flamina, primus in ipsa
 Mox picturati conuertit pectoris artus
 Sturnus edax, premat ut tenues vis obuia plumas,
 Et ne post tergum pateat penetrabilis euro.
 79 LATIP Edemque anatem cernes excedere poto
 Sæpius, & summa nebulam se tendere rupe:
 Iamque super latices florum volitare senectam,
 Stellarumque comas rumpi precul æthere celso,
 Decidere in terras, rutilarum spargere crines
 Flammarum, & longos à tergo ducere tractus:
 Inde etiam ventos mox adfore præmonet usus.
 80 QVOD si diuersis se passim partibus ignes
 Excutiant, verret pelagus sine fine modoque
 Turba procellarum, si duri limite ab euri,
 Si regione noti, si lenis parte fauoni,
 Aut de Bistonio mundi procul axe coruscat.
 81 SI repetunt veterem ranae per stagna querelam,
 Vellera si cælo volitent, si discolor iris
 Demittat gemino se fornice, circulus albam
 Si stellam teter velut ambiat, æquora propter

Si crepitent volucres, si gurgite sæpius alto
 Pectora mersentur, si crebro garrula hirundo
 Stagna adeat, rutilæ cum sint primordia lucis.
 Si matutinas vlulæ dant carmine voces,
 Improbæ si cornix caput altis inferit vndis,
 Flumine terga rigans, si sæuet gutture rauco,
 Plurimus abruptis fundetur nubibus imber.

82 IMBER erit, totis cum bucula naribus auras
 Concipit: & late pluuijs sola cuncta madebunt,
 Cum proprias solers sedes formica relinques,
 Oua cauis effert penetralibus, aspera quippe
 Tempestas, gelidusque dies, & frigidus æther,
 Inscrit internis terrarum redditus æstus,
 Pectora cum curuo purgat gallinula rostro.

83 AGMINE cum denso circumuolare videtur
 Graculus, & tenui cum stridunt gutture corui,
 Cum procera salum repetit clangore frequenti

84 Ardea. Cum parue defigunt spicula muscæ,
 Et si nocturnis ardentibus vndique testis,
 Concresecunt fungi, si flammis emicet ignis
 Effluus, aut lucis substantia langueat vltro,
 Conuenit instantes prænoscere protinus imbres:
 Denique cum patulam torrens Vulcanus ahenum,
 Scintillas flamma circumlabente reliquit.

85 SInotus humentis Libyco trahit æthere nubes,
 Si nimium ad montem nebularum crassus amictus
 Tendatur, summo nudentur vertice saxa:
 Et quæ pontus item freta per distenta quiescit,
 Nubila si longo se procumbentia tractu
 Diffundunt cœlo, & Thetidi terrisque supinis
 Pax aderit, nusquam mundo ruet effluus imber.

86 SED cum tranquillo tenduntur crassa serena
 Sub Ioue, venturæ prænoscere signa procellæ
 Conuenit: & rursus cum perfurit æris horror,
 Inspice quam referant terris pelagóque quietem.
 Inter prima tamen paruum Præsepe notatur,
 Arduus excelsus quod Cancer cardine voluit.
 Hoc cum concretus tenuari cœperit ær,
 Discutit impositæ late sibi molis amictum.
 Nanque sereniferi patet hoc in flabra aquilonis,
 Cum minus & primo purgatur flamine venti
 Tempore, tum propior modulatur noctua carmen,
 Tum vespertinum cornix longæua resultat,

Tum corui crepitant, & ouantia gutture rauco
 Agmina crebra vocant, tum nota cubilia leti
 Succedunt pariter, tum pennis corpora plaudunt.
 87 TVNC & Strymonias circumuolitare repente
 Suspiciens per aperta grues, vbi mitior annus
 Sponte procellosum disiecerit aëra cœli.
 Tunc quoq; cùm stellis hebes est lux omnibus vltro,
 Nubila nec crassos circumduxere meatus,
 Vt iubar occulerent flagrantibus obuia flammis:
 Nec caligo inhihet rutilantis lampados ignes,
 Orbe nec expleto sacra sidera Luna recondit:
 Sed iam sponte sua stellarum lumina marcent,
 Conuenit hibernæ prænoscerè signa procellæ.
 Nubila si cœlo consistere, nubila ferri,
 Si qua superfundi sibi met suspexeris vltro.
 Gramina si carpit semesa petacius anser:
 88 SI nocturna tibi cornix canit, hesperus æthra
 Cùm redit, in numero si cantu graculus instat,
 Si matutino fringuilla resultat ab ore,
 Si fugiunt volucres raptim freta turbida Nerei,
 Orchilos infestus si floricomis hymenæis
 Ima petit, terræ si denique paruus eritheus
 Succedit trepidæ scruposæ concaua rupis,
 Cecropias si pastus apes vicinus ad ipsa
 Castra inhihet, florumque simul libamina mœstæ
 Proxima decerpunt: si Threiciæ per aperta
 Sponte grues trepidant, nec sese audacius æthræ
 Committunt, pennis vt longos sæpe volatus
 Formauere super, si soluit aranea casses
 Tenuia si toto vehit auster licia cœlo,
 Mox tempestates, & nubila tetra cientur.
 89 QUID? maiora canam, cinis, cinis ipse repente
 Cum coit, albenti nix terras vestit amictu,
 Nix operit terras, rutilis vbi lumina prunis
 Summa rubent, errantque breui caligine crassa
 Interius nebulæ, & denso iam fomes in igni
 Marcescit penitus, pluuios mox arguet austros.
 90 INDVIT immodicis cùm semet floribus ilex,
 (Indiga nam succi ligno natura rigenti est)
 Et cum flore nouo, cùm brachia glande grauantur
 Vuentis cœli sub nutrimenta latenter
 Sponte operata docet. quin & lentiscus amara,
 91 Indicium est pluuijs. Ter foetum concipit arbos,

Térque

Térque nouos genetrix fructus alit:ipsáque trino
Flore renidescens tria tempora prodit arandi.

Ter prorumpentis scillæ teres erigitur flos,
Sulcandique solum ter monstrat tempus adesse.

92 SIC & crabronum rauca agmina, si volitare
Fine sub autumni conspexeris æthere longo,

Iam vespertinus primo cùm commouet ortus
Vergilias pelago, dices instare procellas.

Síque sues lentæ, si lanæ sedula nutrix,
Si capra dumofis errans in saltibus, vltro

In Venerem pergat: quippe ollis vuidus aër
Excitat internum per viscera mota furorem,

Et tempestates & nubila protinus atra

93 Adfore præcipies. Quin & gaudebit arator,
Quíque solum iustis versabit mensibus anni,

Plebe gruum prima: gaudet tardus arator
Agmine pigrarum, sic quadam lege deorum

94 His comes est imber. Pecudes si denique terrá
Lanigeræ fodiant, caput aut tendatur in arcton,

Cùm madidus per marmora turbida condit

Pleiadas occasus, cum brumæ in frigora cedit

Frugifer autumnus, ruet æthra concitus imber.

At ne perruptis terrarum dorfa lacunis

Infodiant pecudes, si vasto viscera hiatu

Discutiant terræ, veniet vis æthere toto

Dira procellarum, nix omnes vestiet agros,

Nix herbas lædet teneras, nix vret aristas,

At si contigerit plures ardere cometas,

Inualidas fegetes torrebit siccior aër.

Nanque prorumpunt naturæ legibus vltro

Spiramenta soli, si iustus defuit humor,

Arida per cœlum surgentia desuper æthræ

Ignescunt flammis, mundi que impulsa calore

Excutiunt stellas, & crebro crine rubescunt.

94 CONTEMplator item, si longo plurima pōto

Agmina festinant volucrum, solidémque frequentes

Succedunt terram, sterilis defæuiet æstus.

Ac sitient agri, nam qua circumfluat tellus

Adluitur pelago, coquit altam siccior aër

Cespitis arentis ventis, citiúsque calorem

Sentit humus sic cinctis salo, fuga protinus ergo

Est auium in terras, pauet hos vt viderit æstus

Agricola, & sicco iam deflet mergite culmos.

N

Sed

Sed si tum modico producant agmina ab vndis.
 Nec trepido passim versant conuexa volatu,
 Lætitia est duris pastoribus, adfore parcos
 Præsumunt imbres: sic in contraria semper
 Vota homines agimur, nostrique cupidine fructus
 Poscimus alterius dispendia: denique & ipsa
 Solers natura, & rerum genitabilis ordo,
 Certa suis studijs adfixit signa futuri.

96 N A N que & ouis cupido si gramina tondeat ore
 Infaturata cibi, decerpens latius agros,
 Pastor id indicium pluuiæ frigidæ edet.
 Et si persultans aries lasciuius herbas
 Adpetit, aut sese sustollant saltibus hœdi,
 Vel si iuge gregi cupiant hæere, nec usquam
 Matribus abscedant, & si sine fine modoque
 Pabula delibent, cum tutas vesper adire
 Compellat caulas, monstrabunt adfore nimbos

97 B V B V Sarator item trahit atræ signa procellæ,
 Lambere si lingua prima hos vestigia forte
 Viderit, aut dextrum prosterne corpus in armum.
 Vel si prolixis auras mugitibus implent,
 Pascua linquentes vix vespere. dat capra moti
 Rursum signa poli, cum spinis ilicis atræ
 Multa inhiat. docet hæc eadem sus horrida, cœno
 Gurgitis illuue si sæpius inuoluatur.

98 M A R T I V S ipse lupus villarum proxima oberrans
 Affectansque locos hominum, lectumque larémque
 Sponte petens, crasso consurgere nubila cœlo

99 Præmonet. Id parui cum stringunt denique mures,
 Cum gestire solo, cum ludere forte videntur:
 Protendit tibi met canis id præsentia, multam
 Tellurem fodiens: tamen hæc tamen omnia rerum
 Adfore vel primo nimbos mox sole docebunt,
 Vel cum curriculis lux ibit cepta secundis,
 Tertius aut verso cum venerit ortus Olympo.

100 N O N spernenda tibi sint talia, sed memor vni
 Adde aliud semper: si tertia denique signa
 Proueniant, firmo venturum pectore fare:
 Et transactorum solers componere mensum
 Signa laborabis, si sic fluxere reperta,
 Nequaquam trepidare pudor persuadeat vllus
 Astrorum lapsus, astrorum protinus orrus
 Discute, si casus similes & stella per æthram

Prodidit: exacti iam summa crepuscula mensis,
 Et surgentis item primordia conscius artis
 Fare sacrae mensum confinia summa duorum
 Cæca latent: luges hæc semper semet in octo
 Inscia lunaris tendunt facis: ipse fideli
 Perquires studio: & si quid tibi forte repertum,
 Pluribus indicijs solers fulcire memento.

IN FESTI AVIENI ARATVM.

HAC Avieni paraphrasi cudenda, vñico Aldino vsi sumus exemplari, quam plurimis in locis ita depravato, ut minime mirum videri tibi debeat, studiose lector, si etiamnum hesitandi locus multifariam superfit. Ne verò aut nos aliquid temere mutasse suspiceris, aut tibi liberum iudicandi arbitriū adæptum merito conqueraris, huc adscribemus, è qualibus nostra concinnauiamus, non quidem omnia, sed quæ admonitione aliqua digna visa sunt.

1 FESTO AVIENO. Aldus, Avieno. Avienus citatur D. Hieronymo, Servio, & veteribus alijs compluribus.

3 NOX ET AGIT. Scriptum erat, Nox agit, & verso ceu fixa, &c. & mox, Nam numeris & honore caret, micat, &c.

AETHERIS. Duobus verbis legebatur, In stabili arbitror significari hîc orbem mobilem, non stabilem.

HAC TERES. Aldus, Ac teres.

VT MVNDVS subijt Arctos. Claudicat versus quinto pede, vide itaq; num legendum sit, Subjicit Arctos.

ADSVETAS. Hi duo versus, corrupti meo iudicio leguntur in Aldino libro, hunc in modum.

Adsuetas duris quondam venantibus athra

Intulit & raptor genetricis flore sacrauit.

CVM PVER Agrestes. Aldus, Agrestis. quod puto, Agresteis scribendum fuisse, ut multis alijs in locis, & ut etiam, pag. 69. versu vicefimo quarto Apes.

5 PRÆCLARI Nominis. Ald. Pro clari nominis arcto.

7 ERIGITVR. Exigitur, antea legebatur.

9 TRICCAEI. Ald. Triccaeï Aesculapium significat, de Tricca vrbe Thesaliæ ita nominatum.

NITESCIT in orbe. Ald. Nitescet. verbum Diuidit quod sequitur, vtrum legendum, monstrat.

10 VISCERA PARTEIS. Antea erat, Partis.

NEQVE Tanta volumina. Tanta hîc positum est operarum incuria pro Tenta.

IN picturata. Aldus vno verbo, Impicturata.

14 LACHRIMIS Aiebat abortis. Prior erat lectio, ab ortis.

ALITE Procurfu. Aldi codex habet.

Alite pro cursu sese inconuexa ferebat.

15 NEC Contemplandi. Aldus, Ne contempl.

20 PLVRIMVS. Pro Atque, legendum Adque.

AT Degucta. In Aldino codice versus hic, vna hac syllaba, Huic, mancus est

24 IGNEA. Pro Singula, Cingula legendum est.

28 SEGNIOR. Aldus impresit, Ab lapsu. & mox pro Parrior, Partior.

29 SIMILE EST. Aldinus codex, Similem.

30 PROLES. Aldus habet, Proles tibi tertia piscis Surget Bombycij, numero vnitatis.

33 LOCVS has habet arctior omnes. Aldina lectio, Omnis.

34 VERGILIAS Cernit tenet vsus. Aldus cudit, Vergilias cernit. tenet.

35 PECVDES QVI. Aldus, Pecudésque.

GRANDIBVS Haudequidem. Pro negatione, coniunctionem disiungentem, Aldus cudit, Aut pro Haud.

38 IMVS Vt australis. Ald. Australis. & mox pro, Huc cum Threicio, idem, Hic iam Threicio.

ANGVSTO Decurrit. Ald. Decurrit. & mox, Clamavit.

39 TVM quoque si piceam spectaris, in Aldino est, Specteris

INSCIA Nerui, Ald. in dandica su numeri pluralis, Nervis. & mox pro Cöterminus, Cöterminat.

47 **TORRE** Et immodicis. Aldus legit, Et in modici. & versu abhinc tertio, **Alu**em **Ocenea** est item paulo post, **Gemina** florum.

STELLARVM. Aldus, Stellarum fulcent rutilant, qua plurima longi **Bellua**, &c.

49 **SOLENNI.** Aldus, Solenne. & tertio post versu, **Tergumque.**

62 **QVINQVE** Iridem stella, similis quibus. Aldus ita cudit,
Quinque iridem stella similes, quibus haud fit imago.
Ne quas formarum doctus notet adfixarum.

77 **ACFLAMMAS.** Aldus, Flammans.

ERIGONE. Ald. Erigones.

79 **AST** Ha dimensa. Aldus cudit, **Ast** **Hedi** mensa, & versu sequi. **Includant.**

80 **DISTABIT** Multus. Ald. Inultus.

81 **SIDERIS** Expertes. Ald. Expertis & clara luce carentis.

82 **CAECVS** MOS, Aldus Catus. & versu qui sequitur, **Penetraverit.**

83 **NEC** Minus **Andromeda**, Aldus, **Andromeda** est. & mox, **Omnis** procul in vada terror.

RELIQVVM Polus est à litore. Aldus cudit, **Polus** astra litore.

ARCVM Sera. Aldus, **Ar** cum sera manent.

FERT Primis fluctibus. Aldinus codex hic & versu sequenti habet **Primos.**

84 **CILICIS** Capricorni. Cilici, Ald.

ET Matutino cum surgit. Consurgit, Aldus legit.

SIDERE PISCES. Piscem, cudit Ald.

CESISQVE. Aldus, Celsique.

86 **PRONO** *Que.* Pronoque, Aldina editio.

87 **HOC** Ut fons est, unde. Aldus, **Hoc** ut fontem.

33 **COMPVLSA.** Lege, Compulsu.

HIS Peperere malus exordia. Corruptè Aldus cudit, **Perpere.** & mox, **Viscera** telluri.

89 **CAVTVS** Vtrunque. Ald. Vtrunque. & versu abhinc 8. adfore dicet.

SIDERIS Ortus. Ald. Ortum.

90 **IGNES.** Aldus, Ignis in plenos.

EXPRIMIT Incerto. Legendum, Insetto.

91 **PRAEFERET.** Abruptus, Ald. abruptos. & versu sequenti. **Tenuis** sensim.

DESCRIBEBAT ET TYPIS MANDABAT THEODORVS GRA-
MINAEVS TYPOGRAPHVS, ARTIVM MATHEMATICA-
-RVM PROFESSOR, COLONIAE AGRIPPINAE, M. D.
LXIX. CALEND. IANVARII.

ARA-

ARATI PHAENOMENA PER GERMANICVM CAESAREM IN LATINVM CON-

uerſa, & in eadem Commentaria.



AELVM Circulus quinque distinguitur, quorum duo extremi, maxime frigidi: Australis humillimus, & Aquilonius excelsissimus. His utrinque proximi duo, Paralleli vocantur, ut ita dixerim, aequidistantes: ideo Tropicus vnus Solstitialis, alter Hibernus, per quem sol transiens ac tenens octauam partem Capricorni, solstitium hibernum facit: alter aestiuus, per quem sol transiens ac tenens octauam partem Cancræ, solstitium aestiuum facit. Medium est Aequinoctialis, qui octauam partem arietis tenens, aequinoctium vernalis facit: octaua Libra, autumnale constituit. Ut Circuli in cælo, ita Zona in terra vocantur. Inhabitabiles frigidi circuli sunt, ob rigorem, quod ab his longissime solabest. sub torrido quidam habitare putant Aethiopia maximam partem: item plurimas insulas Maris rubri, aliosque vertices eminentiasque terrarum nostris ampliores, sub Tropicis habitare nulli dubium est.

Noſter Solſtitialis Aestiuus est excelsus atque arduus. Diuisi autem sunt à nobis circulo Aequinoctiali, qui antichthones nominantur, & videntur humiles atque depressi, qui antipodes infra sunt: quod ut esse videatur, efficiunt flexus obliquitatisque terrarum, quas antichthones & antistoche & antisepta inhabitare dicuntur. Incipit autem Signifer, non ab extremo circulo, nec ad extremum extenditur: sed ab intimo Tropico australi, brumali que eodem, per Aequinoctialem ad summum solstitialem, eundemque aestiualem per medium: in his longitudo latitudinisque porrectus. Oblique circuli Signiferi partes, cccxlv. signa xij: partium singula tricenarum, quorum quaedam minora, quaedam ampliora, & populo Canophora dicuntur: sed compensatio quinque partibus creditur applicari, ut sint omnes Signiferi partes, cccxlv. Horum incipientia ab ariete, alia sunt masculorum naturalibus, alia foeminarum. Item quartum quoque eorum, aut Tropicum, aut solidum, aut deforme. Incipiet dinumeratio ab Ariete. Signa tropicorum duo sunt aequinoctialia, aries & Libra: duo solstitialia, Capricornus & Cancer. Tropicis maxima solida anteposita, huius deforma.

HIC est Stellarum ordo, utrorumque circularum: Septentriones duplices ad austram veruntur, figura auersis caudis inuicem sibi aduersantes: inter quas obliquus dilabitur Draco. Sub vnus namque pedes est serpentarius, cuius serpentarii pedes attingunt frontem scorpionis. a latere autem retro stat Custos sub pedibus quidem eius Virgo, habens igneam in manibus spicam: retrorsus vero, vestigijs eius adiacens Leo, medio aestiuo solstitio Cancer & Gemini. Genua autem agitatoris caput Gemini attingunt. pedes autem eius Tauri cornibus iunguntur, cuius Hæduli desuper obtinent locum septentrionis. Habet autem septentrio à dextris iuxta Coronam desuper, serpentem in manibus serpentarii, & eum qui in Geniculo stat, & sinistro pede septentrionalis Draconis verticem, calcans vnum brachium Libra, alterum dans Corona. nam ad minoris septentrionis, vltimus pes Cephei continetur, Cycnum manu dextra apprehendens: super cuius alas Equus extendit pedem, & super equum aquarius extollitur, iuxta quem Capricornus est. sub aquarii pedibus Piscis magnus austrinus, constituta ante Cepheum Cassiopeia, & à dorso agitatoris Perseus pedem extendit: super Persei caput Cassiopeia pedibus properare videtur. Inter Cycnum igitur & eum qui in Geniculo stat, Lyra constituitur. In quorum medio desuper ab oriente Delphinus cognoscitur: sub cuius cauda est Aquila, in proximo habens Serpentarium. Sed tam de aquilonio circulo dictum est, nunc ad australem ordinem properemus.

SV Baculo Scorpionis, Sacrarium constitutum est: sub corpore eius anteriora Centauri videntur, in quo est bestia. Conspicitur & Sagittarii pes summus ex alia parte. Sub australi circulo prope Centauri membra, Hydra cauda, & Corvus: ad genua Virginis. vna est posita: à sinistro Orionis, qui & Incola, Fluminis, qui & Padus, necnon & Eridanus: sub pedibus Orionis, qui & Incola dicitur. Lepus splendida effigie conspicitur. retrorsum vero à pedibus eius. Canis splendida refulget: post cuius caudam Navis constituta est: ad Tauri pedem protendit manum Orion: pedibus Gemini appropinquat Anticanis: super caput Arietis non longe ab Andromeda pedibus, Triangulus positus est. sub Ariete & Piscibus Cetus. connexio vero Piscium communem habet stellam.



ARATI PHAENOMENA



B Ioue principium magno deduxit Aratus
Carminis: at nobis genitor tu maximus auctor:
Te veneror, tibi sacra fero, doctique laboris
2 Primitias. Probat ipse deum rectorque fator
que,

Quantū etenim possint anni certissima signa,
Qua Sol ardentē Cancrum rapidissimus ambit,

Diuersasque secat metas gelidi Capricorni:
Quæue Aries & Libra æquant diuortia lucis,
Si non parta quies te præside, puppibus æquor,
Cultorūque daret terras, procul arua silerent.
Nunc vocat audaces in cœlum tollere vultus,
Sideraque & varios cœli cognoscere motus,
Nauita quid caueat, quid vitet doctus arator,
Quando ratem ventis, aut credat femina terris.
Hæc ego dum lætis cogor prædicere musis,
Pax tua tūque adsis nato, numenque secundes.

1 QVAERITVR cur à Ioue inceptū, & non à musis, vt Homerus? Conueniens magis hoc existima-
uit principium Phaenomenis, vti Iouem inuocaret, quod ipsorum carminum origo est Iupiter. non solus au-
tem ita coepisse videtur Aratus, sed & Crates comicus, A Vestā incipiens & profari carmina, Sophron in
mimo, qui nuncius inscribitur, à Vestā incipiens, Omnes inuocant Iouem omnium principem. Sed quari-
tur cuius Iouis meminerit, vtrumne fabulosi, an naturalis? Et philosophi quidem plurimi, naturalis aiunt
eum Iouis meminisse. Sed Crates ait Iouem dictum cœlum inuocatum verò merito, quia in aere & atbe-
re sunt sidera, & Homerum dixisse Iouem in aliqua parte, cœlum, & ipse Aratus, quod dicit Herodotus Iouem
dictum aëra, & Crates quidem eiusdem est opinionis, testemque esse Philonem comicū dicit, hoc au-
tem constat & ipsum dicere. Nam quia nihil aliud est Vox, quàm percussus aer, videtur conuenienter dix-
isse, quare i præstent auctoritatem, plenas Ioue vias referens, & omnes hominum cōuentus. Nihil eorum
qua in terra sunt, sine aere est, ratione etiam Cuius omnes vsum desideramus. nam cuncti mortales osten-
dunt vsum suspīrio, & cum viuimus, aere indigemus. Ad quod ait, Dextra monstrat, ad auguria pertinet
aiunt, propter quod & Stoici Iouem esse affirmant, qui per materiā manat spiritus, & similis est nostra
anima. Zenodotus autem Aetolus & Diodorus aiunt, nec ad fabulosi Iouis sufficere eiusmodi opinionē, esse
enim talem causam Iouis, & conuenire omnes vias eo confertas, quas tanquam loco eius describit, Dicen-
do autem, Etiam genus, ostendit animæ immortalitatem, bene, propterea quod ait, nouerat enim virtutū
aliquid emulum futurum. Dei igitur aduersus delicta lenem esse, est, quoniam omnium parens affirma-
tur, & non solum hominum, sed etiam deorum.

3 CAETERA quæ toto fulgent vaga sidera mundo,
Indefessa trahit proprio cum pondere cœlum,
Axis at immotus semper vestigia feruat,
Libratāsque tenet terras, & cardine firmo

4 Orbem

4 Orbem agit extremum. Geminus determinat axē,
 Quem Graij dixere polum: pars merſa ſub vndaſ
 Oceani, pars celſa ſub horriſero aquilone.
 5 Axem Cretææ dextra læuâque tuentur,
 Siue Arcti, ſeu Romani cognominis Vrfæ,
 Plauſtrumve: & facies ſtellarum eſt proxima vero,
 Treſtemone rotis que micant, ſublime quaternæ:
 Si melius dixiſſe ſeras, obuerſa refulgent
 Ora ſeris, caput alterius ſuper horrida terga
 Alterius lucet: pronas rapit orbis, in ipſos
 Decliuſcis humeros. veteris ſi gratia formæ,
 Creſſia voſ telluſ aluit, moderator olympi
 Donauit cœlo, meritum cuſtodia fecit,
 Quod fidæ comiteſ primæ incunabula magni
 Viderunt Iouiſ, attonitæ cùm furta parentiſ
 Aerea pulſanteſ mendaci cymbala dextra,
 Vagituſ pueri patrias ne tangeret aures,
 Diſtæi exercent dominæ famuli Corybanteſ.
 Hinc Iouiſ altriceſ, Helice Cynofuræque fulgent.
 Dat Graijſ Helice curſuſ maioribuſ aſtriſ,
 Phœnicæ Cynofura regit. ſed candida tota,
 Et liquido ſplendore Helice nitet, haud priuſ vlla,
 Cùm ſol Oceano fulgentia condidit ora,
 Stella micat cœlo, ſeptem quàm Creſſia flammis
 Certior eſt Cynofura tamen ſulcantibuſ æquor,
 Quippe breuiſ totam fido ſe cardine vertit,
 Sidoneâque ratem nunquam ſpectata ſefellit.
 4 Haſ inter mediaſ, abrupti fluminis inſtar,
 Immaniſ ſerpens ſinuoſa volumina torquet
 Hinc atque hinc, ſuperatque illaſ mirabile monſtrū.
 Cauda Helicen ſuperat, tendit ſimul ad Cynofuram
 Squammigero lapſu qua deſinit vltima cauda,
 Hac caput eſt Heliceſ, flexu comprehenditur alto
 Serpentis Cynofuræ ille explicat ampliſ orbē,
 Sublatuſque retro maiorem reſpicit Arcton.
 Ardent ingenteſ oculi, caua tempora clariſ
 Ornantur flammis, mento ſedet vniciſ igniſ,
 Tempuſ dexteriſ quæ ſignat ſtella Draconis,
 Quæque ſedet mento, lucet nouiſſima cauda,
 Extremūque Heliceſ ſiduſ micat, ac radiatur
 Serpentis decliuſ caput, quæ proxima ſigna
 Occaſuſ ortuſque vna tanguntur ab ore,
 Oceani tumidiſ ignotæ fluctibuſ Arcti,

Semper in occiduis seruantes ignibus axem.

4 VERTICES extremos circa quos Sphæra cœli voluitur, Polos Græci nuncupauerunt, è quibus unus est australis, qui terræ obiectus à nobis nunquam videtur: alter autem septentrionalis, qui boreus vocatur, & nunquam occidit.

5 DVAE sunt Arcti, quarum maiorem vocant, Helicen: minorem, Canis caudam. Alterutra quidem harum capita deorsum, alterutra sursum aspiciunt. Altera nanque Helice est, quæ apparet prima noctis: altera, pusilla quidem, sed à nauigantibus obseruatur maria enim conturbat. Helicen autem dicit Hesiodus Callisto Lycæonis regis filiam fuisse, & in Arcadia solitam cum Diana venari, & in montibus vagari, & à Ioue compressam, rem celasse Diana. Quam grauidam, nudam se lauanti cum aspexisset Diana in lauacro, partum eius accelerans, bestiam eam esse iussit: & dum esset vrsa, Arctum enixa est, quem Arcadem vocant. Amphius autem comicus poeta, refert Iouem in Diana effigiem transfiguratum in venatione Callisto oppressisse tempore partus plena cum vexaretur, Diana culpam indicasse, & iratam Dianam in vrsam transfigurasse. Quæ dum in montibus vagaretur, à quibusdam pastoribus apprehensa, cum puero perducta est ad Lycæonem: post tempus in Lycæi Iouis templum confugientem, cum eam Arcas filius sequeretur, quo eam nefas erat intrare, ab Arcadibus vtrique interfecti sunt. Iupiter autem vtrisque cœli astris intulit, Vrsamque eam nominauit. Ouidius à Iunone in bestiam conuersam scribit. Habet autem stellas, in capite septem, in singulis humeris singulas obscuras, in armis duas, in pectore vnâ, in pede priore claras duas, in summa cauda clarâ vnâ, in ventre clarâ vnâ, in spina vnâ, in crure posteriore duas, in extremo pede duas. super caudam tres: sunt omnes, XXIII. Porro Arctus minor à pluribus Phœnice, à Græcis Arctophylax, à nonnullis Canis cauda vocatur. Quam Sidones aspicientes continuo nauigant. Dicitur à Ioue inter astra collocatus, ut duplex honor Helices monstraretur. Agathostenes quidem in Asiaticis carminibus, Cynosuram dicit Iouis fuisse nutricem, vnâ ex Idæis nymphis, à qua in Creta oppido Hytloe Nicostatus constituit portus, & circa eum locum Cynosuram fuisse, cum Telchinijs qui dicuntur Curetes Idæi. Aratus Cynosuram & Helicen Cretenses Iouis nutrices fuisse dicit, ob quod sunt cœlesti donata honore.

Habet autem stellas, in humero splendidam vnâ, in pectore clarâ vnâ, in ventre clarâ vnâ, super caudam claras tres: sunt omnes septem, supra alias decem, quæ præcedunt & dicuntur ludentes: et maxime altera quæ vocatur Polus, in quo à quibusdam putatur totus orbis circumuerti.

6 INTER ambas ergo Arctos, maximus flexuoso corpore adiacens Draco, qui vtraque Arcton flexuoso corpore semicingit, Helices superuoluit caput, Phœnices circuncingit caudam. Hunc Pherecydes dicit inter astra collocatum beneficio Iunonis, eo quod cum nuberet Ioui Iuno, dijs offerentibus munera, Terra quoque obtulerit aurea mala cum ramis, quæ Iuno in hortum suum, qui erat apud Atlantem, inferri iussit, & Hesperides Atlantis filias custodes posuit, quæ cum à filiabus Atlantis subtraherentur & sæpe vexarentur, Iuno custodem horti Draconem peruigilem implicuit arbori, quem Hercules interfecit, & illa astris intulit. Hunc alij Iouem astris intulisse dicunt, ob memoriam virtutis Herculis, Mineræ obiectu, quæ illa contortum cœlo immisit, & inter Septentriones locauit. Habet autem stellas, in capite splendidas tres, in corpore verò vsque ad caudam. XII. ab inuicem distantes. Sunt autem omnes XV.

7 HAVD procul effigies inde est defecta labore,

Non illi nomen, non magni causa laboris:

Dextro nanque genu nixus, diuersaque tendens

Brachia, suppliciter pansis ad numina palmis,

Serpentis capiti figit vestigia sæua.

DRACONEM immensa magnitudinis, hortorum custodem infomnem, dum à Iunone ad custodienda aurea mala esset constitutus, Hercules, cum ad mala aurea profectus fuisset, ut refert Panyasis Heraclea, fertur peremisse. & ideo inter astra à Ioue hunc laborem memoria dignum honorasse, & vtrisque sideribus intulisse, ita ut in certamine fuerint eorum habitus, serpentis capite iam defecto, qui ideo in genu stans, manibus sursum extensis, dextro pede contra draconem porrecto pingitur, ut certaminis labor significetur. Ideo pellem leonis in sinistra manu habere fingitur, ut in signe virtutis monstreretur, quia leonem inermis interfecisse narratur. Habet autem stellas, in capite vnâ, in singulis humeris singulas splendidas, in sinistro cubito vnâ, in eadem manu vnâ, in eodem brachio vnâ, in sinistro femore vnâ, in dextera parte femoris duas, in coxa duas, in genu dextro vnâ, in eadē tribia vnâ, in crure duas, in eodem pede vnâ, in dextera manu vnâ, in claua quam eadē tenet manu, vnâ, in leonino pelle quatuor. Sunt omnes viginti quatuor.

CORONA.

8 CLARA Ariadnae propius stant signa Coronæ.
Hunc illi Bacchus thalami memor addit honorem.

8 HÆC corona dicitur esse Ariadnes, quam Liber astris intulisse dicitur, dum eius nuptias dii in insula Creta celebrarent, cogitans præclaram facere, pro qua primum noua nupta coronata est. Sed qui Cretica conscripsit, refert, quia cum Liber ad Minoem regem venisset, ut Ariadnen filiam eius duceret uxorem coronam dono Ariadna dedisse Vulcani opere factam ex auro & gemmis preciosis, & talis fulgoris fuit, ut Thesea ex Labyrintho liberaret, qua post astris affixa est, cum in Naxos utriusque venissent. Signum amoris eius crines ostendunt, & est stellis fulgentibus sub cauda Leonis. Habet autem stellas novem in circuitu positas, quarum tres sunt splendide.

OPHIUCHVS.

9 TERGA nitens stellis, à quo se vertice tollit,
Succiduis genibus lapsum & miserabile monstrum,
Hic Ophiuchus erit, longe caput ante nitendo,
Et vastos humeros, tum cætera membra sequuntur.
Illis languet honor humeris, manus integer ardor.
Luna etiam mensem cum pleno diuidit orbe,
Lux tenuis manibus per quas elabitur Anguis
Pressus utraque manu, medium cingens Ophiuchum.
Scorpius imapedum tangit, sed planta sinistra
In tergo residet, vestigia dextera pendent.
Est impar manibus pondus, nam dextera paruum
Partem anguis retinet per læuam attollitur omnis:
Quantumque à læua distantia Serta notantur,
Erigitur tantum Serpens, atque vltima mento
Stella sub ætherea lucet crinita corona,
Ad quam si dorso peruadit lubricus Anguis,
Insignes coelum perfundunt lumine Chelæ.

8 HIC est Serpentarius qui super Scorpionem stat, tenens utraque manu serpentem, qui ab astrologis dicitur fuisse. Aesculapius filius Apollinis, qui cum medicina arte vteretur, mortuos fertur suscitasse. Quamobrem iratus in eum Iupiter, domum eius cum ipso fulminis ictu percussit. Rogatu autem Apollinis patris, Iupiter ei arte sua rursus post obitum defuncto animam restituisse ad vitam, & inter astra constituisse putatur. Habet autem stellas, in capite claram unam, in singulis humeris claras singulas, in sinistra manu tres, in dextera quatuor. & duas ex eis claras in singulis lumbis singulas, in singulis genibus singulas, in dextera tibia claram unam, in singulis pedibus singulas claras. sunt omnes XVII.

SERPENS quem tenet in manibus habet, stellas in orificio duas, in flexura capitis spissas quatuor in manu Ophiuchi duas claras, in prima flexura octo, in secunda, quam tenet in dextera manu, alias octo, in tertia usque ad caudam sex. fiunt omnes stelle serpentis triginta.

SCORPIVS.

SCORPIVS sane inter astra à Ioue illatus est, pro eo quod ferunt ex terra ortum, summissumque qui Orionem interficeret, ob eius loquacitatem, quod ex venatione nullam se feram relinquere diceret: isque Orionem percussit & occidit, & inde à Ioue astris illatus est, ut eius naturam futuri homines intelligerent. Nigidius autem dicit Scorpionem ad perniciem Orionis in insula Chio in monte Chelippio ortum, voluntate atque ope Diæ. Nam cum in monte Celfonio venaretur, irridens Dianam, continebat eius

opera quæ in monte constituebat. Itaque Diana dicitur misisse Scorpionem qui Orionem visa priuaret: postea ab Ioue impetrasse, ut Scorpio in duodecim signorum memoria constitueretur. Hic ob magnitudinem in duo domicilia partitur, etenim ad aliud tendunt brachia eius, ad aliud corpus & cauda & aculeus. Habet autem stellas in vno quoque cornu duas, in ore vnâ clarâ, in fronte duas, in dorso claras tres, in ventre duas, in cauda quinque, in aculeo duas. sunt omnes XIX. ex his quatuor quæ sunt in Cornibus eius, duæ priores claræ, & duæ obscuræ Libra assignantur, quam Chelas Græci dicunt.

ARCTOPHYLAX.

10 INDE Helicen sequitur senior, baculôque minatus
Se velle Arctophylax, brachiorum munera cæcus
Icarus, ereptam pensauit munere ripam,
Non illi obscurum caput est, non tristitia membra:
Sed proprio tamen vna micat sub nomine flamma,
Arcturum dixere, sinus quâ vincula nodant

10 BOOTES, qui & Arcturus, fertur esse custos Plaustrî, eo quod Plaustrum sequitur, id est Septentriones, & quasi succinctus sit Septentrionibus. Hunc dicunt Arcadem Iouis filium esse, de cuius post nomine Arcadia dicta est, quem Lycaon Pelasgi filius, cum Iouem hospitio recepiisset, infantem membratim lacerauit, & Ioui in epulis apposuit, tentans Iouem, vtrum deus esset. Iupiter autem dicitur domum Lycaonis fulmine incendisse, eoque loco ciuitatem constructam quæ Trapezos appellata est: Lycaonem verò conuertisse in lupum, Arcadem autem compactis membris ad vitam reduxisse, & cuidam caprario dedisse nutriendum. Qui cum adulta iam ætate esset, matri inscius vim inferre voluit, quos cum incola Lycæ montis occidere vellent, Iupiter utrosque liberans, astris intulit: qui ut res gesta est, ita manent, illa Vrsæ natura, hic imperum faciens, quem Bootem Homerus vocat. Habet autem stellas, in dextra manu quatuor, quæ non occidunt: in capite clarâ vnâ, in singulis humeris singulas in singulis mammillis claras singulas, in dextra parte corporis sub mammilla obscurâ vnâ, in dextro subito clarâ vnâ, inter vtraque genua clarâ vnâ, & magnâ quæ est Arcturus: in singulis pedibus singulas. sunt omnes XIII.

VIRGO.

11 FVLGET spica manu, maturisque ardet aristis,
Quam te diua vocant: tangunt mortalia si te
Carmina, nec furdam præbes venerantibus aurem
Exosa heu mortale genus, medio mihi cursu
Stabunt quadrupedes, & flexis lætus habenis,
Têque tuumque canam terris venerabile numen.
Aurea pacati regeres cum secula mundi
Iustitia, inuiolata malis, placidissima virgo,
Seu genus Astræi fueris, quem fama parentem
Tradidit astrorum, seu verò intercidit æuo
Ortus fama tui, medijs te læta ferebas
Sublimis populis, nec designata subire
Tecta hominum & puros mores sine crimine, diua
Iura dabas, cultûque nouo rude vulgus in omnem
Formabas vitæ sinceris artibus vsum,
Nondum vefanos rabies nudauerat enses,
Nec consanguineis fuerat discordia nota,

Ignotisque

Ignotique maris cursus, priuatique tellus
Grata satis, neque per dubios auidissima ventos,
Spes procul amotas fabricata naue patebat
Diuitias, fructusque dabat placata colono
Sponte sua tellus, nec parui terminus agri
Præstabat dominis signo tutissima rura.

At postquam argenti creuit deformior ætas,
Rarius inuisit maculatas fraudibus vrbes,
Seraque ab excelsis descendens montibus, ore
Velato, tristisque genas abscondita ripa,
Nulliusque larem, nollos adit illa penates.
Tantum cum trepidum vulgus coetusque notauit,
Increpat, O patrum soboles oblita priorum,
Degeneres quæ habuit semperq; habitura minores,
Quid me nunc habitus super & mala vota vocatis?
Quærenda est sedes nobis noua: secula vasta,
Artibus indomitistradent scelerique cruento.
Hæc effata, super montes abite alite curfu,
Attonitos linquens populos, grauiora pauentes.

Aerea sed postquam proles terris data, nec iam
Semina virtutis vitij demersa resistunt:
Quisque priora tenet vestigia, quisque secunda:
Ferreque inuento mens est lætata metallo,
Polluit & taurus mensas, assuetus aratro.
Deseruit propere terras iustissima Virgo,
Et coeli sortita locum, quæ proximis illi
Tardus in occasum sequitur sua plaustra Bootes.

Virginis at placidæ præstanti lumine signat
Stella humeros, Helicæque ignis non clarior ambit,
Quique micat cauda, quiq; armum fulget ad ipsum,
Quique priora tenet vestigia, quisque secunda
Clunibus hirsutis & qui sua sidera reddit:
Nanque aliæ quibus expletum ceruixque caputq;
Vatibus ignotæ priscis, sine honore feruntur

11 AD Aspectum autem Bootes Virgo constituta est, quæ Erigone dicta est, quæ inter Leonem & Libram in Zodiaco locum tener. Hanc Hesiodus Iouis & Themidis filiam esse dicit, nomine Iustam. Hunc secutus Aratus dicit, quod cum esset immortalis, in terris morabatur, & à virorum aspectu se subtrahere solita, cum feminis consulto ludere & conuersari videbatur, & ab eis Iusta vocabatur, & nondum inter homines nequitiam, neque nauigationem fuisse: sed illam in terris moratam, æquitatem hominibus præstitisse eo seculo quod aureum dicebatur. Sed postquam diminuti homines à pietate quieuerunt, illa cum eis minimè conuersata est: postquam verò hominum mores in deterius versi sunt, in toto se à terris abstulit, & in ea parte cæli habitauit qua enumeretur. Nonnulli autem eam esse Cererem, eo quod spicas teneat: alij Atargas in. quidam verò Fortunam, pro eo quod sine capite astris infertur. Nigidius de Virgine ita refert: Virginem Iustitiam dici siue Aequitatem, quæ ab hominibus receperit, & ad immortales meritò transferit. Nam cum inter mortales conueniret omnibus locis conciliabilisque solitam consistere, & præcipere hominibus ne temere à iustitia & æquitate discederent: qui quandiu

modis eius obediunt, diu in vita sine cura & sollicitudine futuros: sed cum negligentius equitatem observantes declinarent, insidijsque cupiditate & auaritia alter alterum deciperet, ab hominibus discessisse, & digna celesti numero immortale premium pietatis possedit. Habet autem stellas in capite obscuram nimis vnam, in singulis humeris singulas, in vnaquaque ala obscuras duas: ex eis quae sunt in dextra ala à parte humeri, est clara vna: & in singulis cubitis singulas, in singulis manibus singulas: illa quae dextra, clarior est, & vocatur Spica: in tunica obscuras sex, in singulis pedibus singulas. sunt omnes decem & novem.

GEMINI.

13 QVA media Helice, subiectum respice Cancrum: At capiti suberunt Gemini.

13 **H** dicuntur Castor & Pollux, fratres Gemini maxima concordia, è quibus cum vnus cecidisset in pugna quam aduersus Athenienses gerebant, alter immortalitatem accepit, quos Iupiter vtrosque caelo intulit, sideribusque Geminos nominauit, qui Salutares sunt appellati. Nam & horum stella ita se habent, vt occidente vna, oriatur altera. Alij volunt Zethum & Amphioneum esse, ideo vnus zonam, alter lyram habet. Nigidius deos Samothracas dixit, quorum argumentum nefas sit enumerare, propter eos qui ministerijs praesunt. item dicit Castorem & Pollucem, Tyndaridas, Geminorum honore decoratos, quod principes pacationis dicantur: quod mare totum predonibus maleficisque pacatum reddidissent, & quo in tempore nauigauerunt cum Iasone atque Hercule ad pellem mauratam auferendam, multis laboribus tempestatibusque conficti, periculorum atque animorum experti, impendia laboribus liberare studuerunt: atque cum à Ioue essent elati, petierunt à patre, vt sibi liceret in eo caeli loco constitui, vnde mortalibus auxiliantes prospicere possent. Quamobrem eis concessum est immortalis memoria locoque constitui, & plerisque mortalibus auxiliantes sui conspectus gratia praebeant. Quorum prior habet stellas, in capite claram vnam, in singulis humeris singulas claras, in dextro cubito vnam, in eadem manu vnam, in singulis genibus singulas, in singulis pedibus singulas. sunt omnes novem. Alter qui Propus appellatur, is iuxta Cancrum est, habet stellas, in capite claram vnam, in singulis mammillis singulas, in sinistro cubito duas, in eadem manu vnam, in sinistro genu vnam, in singulis pedibus singulas, in sinistro pede vltima distantia vnam: quae vocatur Propus, sunt simul decem. Hi sunt inter duodecim signa zodiaci circuli: sed in medio circulo aequinoctiali tropici hiemalis, qui Australis appellatur, sita sunt.

CANCER in astris positus esse dicitur, beneficio Iunonis, Quod cum Hercules cum Hydra ad fontem Lernaum depugnaret, hic Cancer Herculis pede morsu deprehendit, vt Panyasis auctor dicit, quem miratus Hercules, calcatum contriuit, beneficioque Iunonis magnis honoribus decoratus est. idem duodecim signorum numero annumeratus. sunt in hoc signo alia stella quas Graeci ὄvoις dicunt, Quod cum Liber a Iunone insania obiecta fugeret, ad occursum Dodonae Iouis, eiusque in templo responsa peteret, vt Philiscus refert, magni imbres cum grandine orti sunt, ea parte qua transituret. Asinis è contrario transeuntibus per aquas, in vno ex his sedens & ipse transuectus est sine periculo, & ab insania liberatus. Vni autem ex his effecisse dicitur, vt voce humana loqueretur, & post paucum tempus cum Priapo contendere cepit de membro naturali. Priapus compressum asinum occidit. Iouis autem beneficio vtrique immortalis honore donati astris sunt illati. Est & altera origo, quae infertur ab alijs. Quod cum aduersus gigantes dij bellum agerent, idem Liber & Vulcanus & Satyri asinis insidentes profecti sunt ad pugnam. Quod genus viso tumulto diro, cum murmure rugissent, gigantes eorum voce territi fugerunt, & confestim dij de gigantibus triumphauerunt: & iccirco vna cum praesepio suo astris sunt illati, & in signo nobili Cancro positi, cuius cursum ad occasum tendit. Habet autem stellas in cornibus anterioribus duas claras, & tres obscuras, quae appellantur Nubilum: quod circa eum videtur, Praesepium dicitur: in ore vnam, in dextris pedibus singulas: sunt quatuor obscurae. in sinistris priores claras duas, in secundo vnam, in tertio vnam, in extremo minore vnam, in testa duas. sunt omnes XVI.

LEO.

-QVA posterior pes,

Horren-

Horrentesque iubas & fuluum cerne leonem,
 Hunc ubi contigerit Phœbi violentior axis,
 Accensa in Cancro iam, tunc geminabitur æstas.
 Tunc lymphæ tenues, tunc est tristissima tellus.
 Et densas lætus segetes bene condit arator.
 Ne mihi tunc remis pulset vaga cærule puppis:
 Dem potius ventis excluso vela rudente,
 Excipiamque sinu zephyris spirantibus auras.

LEONEM beneficio Iunonis inter astra collocatum dicitur, eo quod virtute ceteras præcellat. Per-
 riandrus Rhodius refert eum ob primos labores Herculis memoria causa, honorifice astris illatum. Nigi-
 dius refert hunc Leonem nutritum apud Lunam iussu Iunonis, & in terra Arcadiæ in regione Nemeæ in
 spelunca Mibdimon nomine fuisse, quam quidam Aphrifo dicunt, & iussu Iunonis ad Herculis exitium
 dimissum, quem Hercules iussu Eurysthei interfecit cum Molorcho hospite suo, cuius clauam pro viribus
 tributam principio est adeptus, cum qua Leonem interfecit, itaque postea claua pro gladio, pelle pro scu-
 to reliquo tempore uti cepit, & apud omnes mortales gratus ob virtutem habere cepit: Iunoni porro ma-
 gis odio esse. Quapropter leonem cælesti memoria dignatum voluntate Iunonis nos arbitramur. Hic
 notabilis & maximus inter signa est. Plerique volunt Nemeæ gymnicos ludos ob hunc Leonem institu-
 tos hic totus figuratur. Habet stellas, in capite tres, in collo duas, in pectore claram vnā, in spina tres,
 in cauda media vnā, in vltima cauda claram vnā, in medio ventre vnā, sub pectore duas, in priore pe-
 de claram vnā, sub ventre vnā claram, in medio ventris vnā, in posteriore pede claram vnā, in
 genu posteriori claram vnā, sunt omnes decem & nouem. Videntur alia stella obscura septem iuxta
 caudam eius, quæ vocantur crines Derenices, & sunt earum virginum quæ Lesbo perierunt illa autem ma-
 gna & clara quæ in pectore eius est, appellatur Tyberone.

ERICHTHONIUS.

14 EST etiam Aurigæ facies, siue inclyta forma,
 Natus Erichthonius, qui curru sub iuga duxit
 Quadrupedes, seu Myrtoas dernerfus in vndas
 Myrtilos hunc potius species in sidera reddit.
 Sic nulli cursus, sic ruptis mœstus habenis,
 Perfidia Pelopis raptam gemit Hippodamiam.
 Ipse ingens transfuersus abijt læuam Geminorum.
 Maiorisque Vrsæ contradelabitur ora.
 Numina præterea secum trahit: vna putatur
 Nutrix esse Iouis, si vere Iupiter infans
 Vbera Cretææ mulsit fidissima capræ:
 Sidere quæ claro gratum te gestat alumnum,
 Hanc auriga humero totam gerit: at manus hœdos
 Ostendit, nautis inimicum fidus in vndis.
 Orbis ab oceano celsus rapit. haud semel hœdi
 Iactatam videre ratem nautasque pauentes,
 Sparſaque per sæuos morietum corpora fluctus.

14 HIC agitator Erichthonius dicitur fuisse Vulcani & Minervæ filius. Qui Vulcanus cum Ioue ful-
 men efficeret, ab Ioue promissum cepit, ut quicquid vellet præsumeret ille Minervam in coniugem peti-
 uit. Iupiter imperavit Minervæ ut virginisatem defenderet. Dùmque cubiculum introirent, certando
 Vulcanus semē in pavimentū iecit, vnde natus est Erichthonius, quē Minervæ in cista abscondit, draconeque

custode appposito, duabus sororibus Aglauro & Pandroso commendauit. Hic primus currua homines equis iunctis docuit similes quadrigæ solis facere. primum Panathenæa constituisse, arcem templumque adificasse dicitur. Quem Iupiter miratus astris receptum memoria tradidit. In hoc signo & Capra est, quam in humero portat, quæ Iouem nutriuit. Itæque eius filij Hædi, quos auriga in brachio portat, qui fluctus significare dicuntur, noscuntur. Musæus de capra hoc refert, datur Iouis infans nutriendus Themidi Althææ quæ fuit domina capra, quæ ex ea Iouem nutriuit. Esse autem hanc capræ filiam Solis dicunt, cuius aspectus tam atrox fuisse dicitur, ut Titanes eam timerent, rogarentque matrem Terram, ut eam abderet. Terra autem in antro clausam Amalthææ tradidit custodiendam, ibique Iouem cum cura Amalthææ educasse. Qui cum esset iuuenis, & ille contra Titanes inermis vellet pugnare, eius pellem dicitur acceptam pro scuto habuisse, quod semper Titanibus agitator timori fuerit, & dicebatur media pelle Gorgoneum caput habere: eo tectus tegmento capra, tergo alterius pellis tecta restituit, vita etiam immortalitate donauit, cœlique astris intulit, & eius pellem appellauit. Alijs placet agitatore Myrtilum esse Mercurij filium Oenomai aurigam, & à patre Mercurio astris illatum, cuius caput non multum distat ab Helice, genua apponuntur Geminis, pedes iuxta Tauri cornua. Habet autem stellas, in capite vnam, in singulis humeris singulas, sed ea est clarior quæ in sinistro humero est, & appellatur Capra: in singulis genibus singulas, in dextra manu vnam, in sinistra duas, & super ipso brachio stellas duas, quæ vocantur Hædi. sunt omnes simul decem.

TAVRVS.

15 AVRIGÆ pedibus trux adiacet ignea Taurus
Cornua fronte gerens, & lucidus igne minaci,
Quem Liber ignarum cœli formando docebat:
Et caput, & patulas nares, & cornua Tauri:
Fronte micant Hyades: quæ cornua flamma sinistri.
Summa tenet. sub hæc eadem, vestigia dextra
Aurigæ, mediæque ligant compagine diuos
Myrtilos exoritur summo cum Piscibus ore,
Totus cum Tauro lucet, ruit oceano bos
Ante super terras cum fulget Myrtilus ore

16 PORRO Taurum inter astra quidam putant positum, propter Iouem quod in bouem sit fabulose conuersus. Nigidius hunc Iouem à Neptuno fratre per gratiam adduxisse, qui in figura Tauri sensum humanum haberet quem Iupiter Sidonem misit, ut Europam Agenoris filiam ad se portaret, isque per pelagus Sidonem venit, ibique Europam inter aquales suas ludentem in templo Aesculapij conspexit, eamque repentino arreptu collocatam suo tergo deuexit ad Iouem in insulam Cretæ. Ob hanc igitur causam Iupiter Taurum sideribus dignatus est immortalis memoria inferre. Eratosthenes dicit hunc esse qui coijt cum Pasiphae. cuius priores partes apparent, reliquum corpus non apparet propter sæmineum sexum. Spectat autem orientem. In signo autem Tauri frons & facies, Hyades vocantur, quas Pherecydes Athenæus nutrices Liberi dicit, quæ Dodonides nymphe vocantur. Quæ cum à Lycurgo captiuitatem timentes, fugerent Thebas, ne filij à Iunone aliquid paterentur, Iupiter cœlo illas sideribus honorauit, Hyadesque appellauit, quod nascente Libero eas inuenerit, quas in signum temporis posuit: vel quod sint pluuiæ: deuenim puluere est, quia earum ortus imbres concitat: vel quia in modum T letteræ posite sunt. Musæus & ista refert, Ex Atlante & Hyæ duodecim filia procreata sunt, & filius Hyas, quem dum ab apro vel Leone occisum sorores omnes nimis diligentes flerent, obierunt: è quibus quinque stellas figuratas Hyades appellauerunt: septem autem, Pleiades. Myrtilus autem quinque filias Cadmi esse dixit. Habet autem Taurus stellas in capite quinque, quæ Hyades appellantur: id est in cornibus singulis singulas, in fronte duas, in naribus vnam: hæ sunt Hyades: in singulis genibus singulas, in vngue anteriore duas, in palmaribus duas, in collo vnam, in dorso tres, è quibus nouissima splendida est: in ventre splendidam vnam, in pectore vnam, in palla vnam sunt omnes XVIII. ab excisione Tauri vsque ad id quod septem stella, sunt quas quidem Pleiades vel Pleiades dicunt, quæ non videntur simul, eo quod septima obscura sit.

CEPHEVS

CEPHEVS.

16 **IASIDES** etiam cœlum cum coniuge Cepheus
 Ascendit, totâque domo: quia Iuppiter auctor
 Est generis prodest maiestas sæpe parentis.
 Ipse breuem patulis manibus stat post Cynosuram,
 Diducto passim quantum latus à pede dextro,
 Cepheus extremam tangit Cynosurida caudam:
 Tantundem à læuo distat minor vtraque iungit,
 Regula. Cepheos vestigia baltheus ambit.

16 **CEPHEVS** in ordine quarto loco positus est, quem Septentrionalis circulus occupat, à pedibus usque ad pectus: reliquus medius est Arcturo, Aëstiuo tropico circulo. fuit ergo, sicut Euripides scribit. Aethiopiū rex, Andromeda pater, qui filiam suam ad cetum dicitur exposuisse, quam Perseus saluauit: eiusque causa, & ipse pater beneficio Minerue sit astris illatus. Habet quidē stellas, in capite splendidas duas, in singulis humeris singulas, in singulis manibus singulas claras, in singulis cubitis obscuras singulas, in zona tres obliquatas, in dextra coxa vnā, in sinistro genu duas, supra pedes quatuor, in ultimo pede vnā. sunt omnes XIX.

CASSIEPEIA.

17 **QVA** latus afflexum sinuosi respicit Anguis,
 Cassiepeia virum residet sublimis ad ipsum,
 Clara etiā pernox cœlo cū Luna refulget,
 Sed breuis & paucis decorata in sidere flammis,
 Qualis ferratos subiicit clauicula dentes,
 Succutit, & foribus præducit vincula claustri:
 Talis dispositis stellis ipsa horrida vultu.
 Sic tendit palmas ceu sit planctura relictam
 Andromedam, meritæ non iusta piacula matris.

17 **CASSIEPEIA** interea (vt refert Sophocles carminum vates) dicitur prapossuisse formam suam Nereidibus, ob quam rem ira Neptuni Ceto transmissa vastabatur eorum terra: exposulat amque Andromeden & Ceto propositam: ob quam rem longe habitus eorum diuersus est, ita autem est Cassiepeia in sella sedens. Habet in capite stellam clarā vnā, in singulis humeris singulas claras, in dextra mammilla clarā vnā, in dextra manu clarā & magnā vnā, in sinistra manu clarā vnā, in umbilico clarā & magnā vnā, in sinistro femore duas, in eodem genu clarā vnā, in vnoquoque angulo sella in qua sedet, singulas claras. sunt omnes XIIII

ANDROMEDE.

18 **NEC** procul Andromede, totam quam cernere nondum
 Obscura sub nocte licet, sic emicat ore,
 Sic magnis humeris candens nitet, ac media ambit,
 Ignea substricta fulget qua zonula palla,
 Sed pene facies remanet, districtaque pandit
 Brachia, ceu magni teneantur robore saxi.

ANDROMEDA filia fuit Cephei & Cassiepeie, quæ adamatæ est à Cupidine, & datum est responsum vt traderetur Ceto ad deuorandum. Quæ suspensa inter duos montes, & exposita Ceto est cum omnibus ornamentis, à Perseo autem liberata est, & ob id Persea dicta: beneficioque Minerue astris recepta est.

pta est. Euripides etiam dicit intra astra collocatam ut labor Persei æternus pateret, manibus eius extensis, quemadmodum Ceto opposita est. Quæ cum à Perseo liberata esset, neque patri, neque matri voluit commorari, sed continuo cum Perseo profecta est. Habet Stellas, in capite claram unam, in singulis humeris singulas, in singulis cubitis claras singulas, in dextera manu claram unam, in eodem brachio claras duas, in zona tres, sub zona quatuor, in singulis genibus claras singulas, in dextro pede duas, in sinistro pede unam, sunt omnes XXI.

EQVVS DIMIDIVS

19 ANDROMEDAE verò radiat quæ stella sub ipsa
 Aluo, fulget equus: tres armo, sed latera æquis
 Distinguunt spatij: capiti tristissima forma,
 Et ceruix sine honore obscuro lumine fordet
 Spumanti mandit sed quæ ferus ore lupato,
 Et capite & longe ceruice insignior exit
 Stella nitens, armis laterique simillima magno.
 Nec totam ille tamen formam per singula reddit.
 Primo præstat equo, medio rapta ordine membra
 Destituunt, visus radijs hinc surgit imago.
 Gorgonis hinc proles in Pierio Helicone,
 Vertice cum summo nondum decurreret vnda,
 Musæos fontes dextri pedis ictibus hausit.
 Inde liquor genitus nomen tenet Hippocrenen.
 Fontes nomen habent, sed Pegasus æthere summo
 Veloces agitat pennas, & fidere gaudet.

19 EQVVS prater ea dimidius est, priore parte patens usque ad umbilicum. Aratus dicit super Gæculatorem situm, & iam astris illatum, eo quod à celsitudine Heliconis montis percussus pede dextro aquam produxit, quem liquorem Hippocrenen dicunt. Quidam pro eo quod Iupiter eo usus fuerit. Nonnulli verò Pegasus putant qui ad astra pro Bellerophontis interitu euolauerit. Euripides dicit Melanippen Chironis filiam esse, quæ compressa grauida, profugit in Pelion montem, & dum à patre comprehendi timeret deorum misericordia conuersa in equum ad astra conscendit, cuius posteriores partes corporis propter foemineæ sexus pudorem non videntur. Habet autem stellas, in facie claras duas, in capite claram unam, in singulis auribus singulas claras, in maxilla unam, in ala proxima capiti claram unam, in humero ala dextra unam, in media ala unam, in extremis pennis unam, in armo unam, in pectore unam, in spina unam, in umbilico claram unam, in singulis genibus singulas, in singulis ungulis singulas sunt omnes XVIII.

ARIES,

20 INDE subest Aries, qui longe maxima torrens
 Orbis, & ad finem spacijs non tardior oram
 Peruenit, & quando grauiore Lycaonis Arctos
 Axem vel tutor quem tanto gratior ille
 Distantes cornu properat contingere metas.
 Claræque non illi est facies, nec sidera possunt,
 Officiat si Luna, sua virtute nitere.
 Sed quærendus erit zonæ ratione micantis,
 Ut chelæ, candens aut baltheus Orionis.

20 ARIES, ut Hesiodus & Pherecydes dicunt, inter astra collocatus est, propter Phrixum & Hellen Athamantis

Arbustantis & Nebula filios. Qui cum nouercam occidere vellent, insani à Libero dicuntur effecti: qui dū in silua errarent, mater eis Arietem aurata pelle fertur adduxisse, qui cū nauigare velleſt, in mare proiecti sunt, quod pelagus ab Helles nomine Helleſpontus vocatur. Helle autem (vt aiunt) à Neptuno saluata eſt, & ex ea puerum Peonem genuit. Phrixus autem inſidens preparato arietem, Colchos adductus eſt ad Aetam regem, ibique Arietem Marti immolauit, eiſque ſuam auream pellem conceſſit, antequam inter aſtra proceſſiſſet, quam Draco cuſtodiuit. Genitum autem hunc Arietem dicunt ex Neptuno & Theophane Altidii filia, quam cum adamaret, in inſulam Crinniſſam traduxit, inque ouem cōuertit, cum qua in Arietem mutatus concubuit, ex qua Aries chryſouellus natus. Nigidius hunc Arietem dicit ducem & principem eſſe ſignorum zodiaci circuli. Immortali autem honore donatum, quod cum Libea exercitum in Aphricam duceret, & aqua inopiam pateretur, ſubito Aries ex arena exiuit, & Liberum cum ſuo exercitu ad aquam perduxit diuinitus. Hoc factō Liber eum Arietem louem Ammonem appellauit, eiſque fanum magnificum fecit, eo in loco in quo reperta eſt aqua, & abeſt ab Alexandria itinere dierum nouē, locus arenofus & ſerpentum multitudine plenus, & ab arena Ammon eſt nominatus. Præterea Aries dux aqua, immortalis mutatus, & cœli ſidera conſecutus. Conuertit autem caput ad Taurum, ipſe autem aſſequitur alijs ſignis. Habet autem ſtellas, in capite vnam, in auriculis tres, in collo duas, in ſummitate pedum anteriorum ſingulorum ſingulas, in dorſo quatuor, in cauda vnam, in ventre tres, in ſummitate ſingulorum pedum poſteriorum ſingulas. ſunt omnes XVIII.

DEL T O T O N.

21 EST etiam propiore deum cognoscere ſigno
Deltoton, ſi quis donum hoc ſpectabile Nili,
Diuitibus veneratum vndis in fede notarit.
Tres illi laterum ductus, æquata duorum
Sunt ſpacia, vnius breuior, ſed clarior ignis.
Hinc Aries iuxta medium Deltoton habebit.

SVPER caput Arietis non longè ab Andromeda pedibus adiacet ſignum quod Græci ob ſimilitudinem Delta literæ, Deltoton vocant: Latini autem ob proprietatem formæ, Triangulum dicunt. Quod quidam à Ioue per Mercurium inter aſtra poſitum dicunt, ſuper caput Arietis, pro eo quod obſcurum eſſe dicitur. Quidam verò dicunt Aegypti eſſe effigiem, ſtellæ figuratam in tribus angulis, id eſt trigono, & Nilum talem ambitum facere. Habet autem ſtellas tres, in ſingulis angulis ſingulas, è quibus vna eſt clarior.

PISCES.

22 INTER lanigeri tergum, & Cepheida mœſtam
Hinc vltra gemini Piſces, quorum alter in auſtrum
Tendit, Threiciū boream petit alter, & audit
Stridentes auras, niueus quas procreat Hæmus.
Non illis liber curſus, ſed vincula cauda
Singula vtrunque tenent vno cōiuncta nodo.
Nodum ſtella premit Piſcis qui reſpicit auras
Threicias. dextram Andromedæ cernuntur ad vlnam.

PISCES hi ſunt, & maior Piſcis. Nigidius hos Piſces dicit in ſumine Euphrate fuiſſe, & ibi ouē inueniſſe miræ magnitudinis, quod voluentes eiecerunt in terram, atque ita columbam inſediſſe, & poſt aliquot dies excluſiſſe eam Syria que vocatur Venus: micimè quæ miſericors ad homines pertinebat: quæque multa quæ ad vtilitatem hominibus verterentur, ea dicitur inueniſſe. Quæ, quoniam Iupiter ſapius à Mercurio laudari nominariſque audiret, quod in deos religioſa, in hominibus officioſa diligenter fuerit, rogata à Ioue quod ſibi optanti tribui poſtularet: illa ait, Vt piſces qui ſuam originem ſeruaſſent, immortali præmio aſſicerentur. Iupiter in duodecim ſignis Piſces ſiderum ſplendore decorauit. Vnde hodie quoque;

Syrineque hos Pisces edunt, & columbas potestate decorant. Horum autem vnus aquilonius est, alter australis, ex aduerso caudis vtrunque positus. Habent inter se alligamentum luteum, continens vsque ad priores pedes arietis. Andromeda autem humerus dexter, piscis est signum. Habet idem aquilonius stellas duodecim. Alligamentum luteum, quo continentur in parte borea, habet stellas tres, in parte noctis tres, ad orientē tres, ad occidentē tres. Australis piscis quindecim sunt omnes XXXIX.

PERSEVS.

23 **TANTVS** & ille micat, tantum occupat ab Ioue cœli.
Dextra subblata similis, prope Cassiopeiam:
Sublimis fulget pedibus: properare videtur,
Et velle aligeris purum æthera tangere palmis.

23 **PERSEVS** quidem ex Diana & Ioue natus est. Iupiter enim in similitudinem aurei imbricis se transformans, oppressam delusit Danaen, Acrisij regis Argiuorum filiam, quam pater à Ioue ut vitiatam cognouit, intra arcam includens, precipitauit in mare: quæ delata ad Italiam, inuenta à quodam piscatore, & oblata regi, eam sibi fecit uxorem, vna cum Perseo quem enixa est in mari. Qui missus ad Polydecten regem insula Seriphi, acceptis à Mercurio talaribus, & à Vulcano harpe adamantina, per aëra iter faciens ad Gorgones Phorci filias venisse perhibetur, quæ angues pro crinibus dicuntur habuisse, quosque viderent in lapides conuertere. Gorgones tres feruntur fuisse sorores, vno oculo, vna pulchritudine inter se communicantes: quarum nomina putantur, prima Stheno, secunda Euryala, tertia Medusa. Quidam verò eum à Minerva missum dicunt, & ab ea clypeum vitreum accepisse, per quem videre nec videri ab eis posset. Qui cum Gorgones dormientes inuenisset, caput Medusæ abscidit & Minervæ tradidit, quod illa in suo pectore aptauit, ut in bello terribilior esset. Perseum autem inter sidera collocauit. Habet autem stellas, in capite vnam, in singulis humeris claras singulas, in manu dextra claram vnam, in eodem cubito vnam, in manu sinistra vnam, in dextra parte lumborum claram vnam, in sinistro femore claram vnam, in singulis genibus singulas, in singulis tibijs singulas, in singulis pedibus singulas, in capite Gorgonis circumquaque tres, in harpe vnam sunt omnes XVIII.

PLEIADES:

24 **SIDERA** communem ostendunt ex omnibus ignem.
Septem traduntur numero, sed carpitur vna,
Deficiente oculo distinguere corpora parua.
Nomina sed cunctis seruauit fida vetustas.
Electra, Alcyonéque, Celænoque Taygetéque,
Et Sterope, Meropéque simul, formosaque Maia,
Cœlifero genitæ, si vere sustinet Atlas
Regna Iouis, superosque, atq; ipso pondere gaudet.
Lumine non multo Pleias certauerit astris:
Præcipuo sed honore ostendit tempora bina:
Cum primum agricolam ventus supereminet auster,
Et cum surgit hiems portu fugienda peritis.

24 **PLEIADES** à pluralitate Græci vocant: Latini, eo quod vere exoriantur, Vergilius dicit. Dicunt autem Pherecydes Athenæus, septem sorores fuisse, Lycurgi filias, ex Naxo insula, & pro eo quod Liberum educauerunt, à Ioue inter sidera sunt relata. Harum nomina putantur, Electra, Alcyone, Caleno, Asterope, Merope, Taygete, Maia: quarum septima, ut ait Aratus, vix intueri potest, quam quidam præ timore Orionis fugisse putant: quidam à Sole persecutam arbitrantur, vocatamque Electram, quæ non sustinens videre casus pronepotum, fugerit. Vnde & illam dissolutis crinibus propter luctum ire aserunt, & propter comas, quidam Cometen appellant. Nonnulli verò Meropen esse autumant quæ nupta à quodam viro, nominata est Hippodamia. Musæus autem refert filias Atlantis fuisse septem, ex quibus sex clare sunt, vna obscura. cum dijs concubuerunt, tres cum Ioue, & ex Electra Dardanus, ex Maia Mercurium

*ex Taygete Lacedæmon: cum Neptuno duæ, Alcione, ex qua Herus: Cæleno, ex qua Lycus: cum Marte Aste-
rope, ex qua Oenomaus: Merope, cum Sisypho. Magnam apud homines dignitatem habent.*

LYRA.

25 TEMPORALÆUA premit Parthi subiecta draconis,
Summa genu subuerfa tenet quæ se Lyra voluit:

25 LYRAM inter astra collocatam dicunt, propter honorem Mercurij qui eam condidit ex testudinis similitudine, de Apollinis boum cornibus: qui intendit chordas septem Atlantidem numero Regrediente igitur Nilo ad suos meatus, inter cætera relictæ etiam testudo est, quæ cum putrefacta fuisset & nerui eius extensi intra corium remansissent, percussa à Mercurio sonitum dedit: in cuius similitudinem Mercurius Lyram fecit, quam postea Apollini datam, alij Orpheo dicunt, eo quod vnus ex musis, id est Calliope sit filius, fecit autem chordas nouem iuxta numerum musarum. Tanta nanque dicitur dulcedinis in modulando fuisse, vt arbores, saxa, bestias, atque inferos commoueret ob coniugis Eurydices desiderium ad inferos descendens. Qui cum Apollinem maximum deorum honoraret, Liberum autem patrem à quo fuerat glorificatus minime glorificaret, sedens in Pangeo monte, & expectans solis ortum, Liber indignatus misit Bacchas, vt Aeschylus scribit, quæ eum membratim discerperent, collectisq; membris eius sepelierunt eum in Lesbij montibus: eius Lyram Musæo dederunt, Iouemque rogauerunt, vt eius memoriam astris inferret. Habet autem stellas, in vtrisque pectinibus singulas, in cacumine chordarum singulas, in vtrisque humeris singulas, in fundo vnâ, in modulo vnâ, in tympano clarâ atque candidâ vnâ, sunt omnes nouem.

CYCNVS.

26 CONTRA spectat auem, vel Phœbi quæ fuit olim,
Cycnus de thalamis candens, qui lapsus adulter
Furta Iouis falsa volucer sub imagine texit.
Haud medijs fulgoris erunt pennæ, vtraque læta,
Dexterioꝛ iuxta regalem Cepheos vlnam.
At læua fugit instantem sibi Pegason ala.

26 CYCNVM dicunt inter astra constitutum, eo quod Iupiter in Cycnum transfiguratus euolu-
erit in ranum Artica regionis, ibique comprehenderit Nemefin, quæ & Leda dicitur (vt refert Crates træ-
gædiarum scriptor) quæ enixa est ouum, vnde nata est Helena: sed quoniam Iupiter rursus in cælum in Cyc-
num transfiguratus se recepit, vt fuit pennis tensus, simulacrum eius sideribus reliquit. Habet autem stel-
las, in capite clarâ vnâ, in dextera ala quinque, vnâ clarâ quæ est erga collum, in sinistra ala quin-
que, in pectore vnâ, in cauda vnâ, quæ est amplissima, sunt omnes XIII.

AQVARIVS.

27 OCEANO merfus, sopitas condere flammæ,
Imbres, occasus ortusque, intercipit ora.
Et cum terrores auget nox atra marinos,
Multum clamatos frustra spectaueris ortus.
Tunc rigor, aut rapidus ponto tunc incubat auster,
Tarda ministeria, & nautis tremor alligat artus,
Et rationem animi temeraria pectora soluent.
Nulla dies oritur, quæ iam vacua æquora cernat,
Puppibus & semper tumidis ratis innatet vndis.

Interea tentare vndas iuuat, aspera fed cum
 Affultat lateri deprensæ spuma carinæ,
 Tunc alti curuos prospectant littore portus:
 Inuentasque alij terras pro munere narrant,
 Interea exanimat pauidos instantis aquæ mons:
 Ast alij procul è terra iactantur in altum:
 Munit & hos breue lignum, & fata instantia pellit,
 Et tantum à leto, quantum rate fluctibus absunt.

27 PORRO Aquarius nomen accepisse dicitur, quod eius exortu imbres plurimi fiant. Quidam volunt Ganymedem eum esse, Troiis & Callirrhoes filium, qui cum in Ida monte veneretur, ob nimiam pulchritudinem à Ioue admatatus, & per aquilam raptus, inter astra est collocatus. Dehinc Aquarius dictus est, quod vndas funderet. Nigidius Hydrochoon siue Aquarium existimat esse Deucalionem Thebalum, qui maximo cataclysmo sit relictus cum vxore Pyrrha in monte Aetna, qui est altissimus in Sicilia & posteaquam se & vxorem suam in terrâ relictum censuit, orbitatis & vastitatis miserrus, ab Ioue precari cepit, ut aut & ipsi interirent, aut hominum genus restituerent. Iupiter respondit, & per sortem indicauit, ut lapides quos ante se reperissent, post se iactarent. Reuersi itaque, quotquot Deucalion misit, viri fiebant: quos Pyrrha, femina. Quo facto rursus hominum genus natum est, ob quam rem Λαός Græce populus dicitur, quia lapis antiquitus Græce Λάος appellabatur. Ab antiquis quidem dicitur Aristeus filius Apollinis fuisse quem Apollo dicitur ex Cyrene procreasse, quam compressit in monte Orphee, qui Cyrenis est appellatus Aristeus dicitur omnibus artibus doctus fuisse, quibus ceteros homines ad bonos fructus utilitatēque perducebat. Is cum Canicula signum pestiferum oriretur, & statim presentes fructus laderentur, & homines diuturna pestilentia afficerentur, factum est ut à dijs impetraretur, maxime Nepruno, Iouis fratre, ne tempestatibus & ventis pateretur genus humanum affici indignis calamitatibus. Itaque venia data, constitutum est à dijs, ut Canicula stella exortu, venti perflarent dies circiter quadraginta, eiusque pestilentia vim absunderent. Quapropter Aristeus à dijs inter astra est collocatus. Habet autem Aquarius stellas, in capite obscuras duas, in singulis humeris singulas amplas, in sinistro cubito vnam, in dextro cubito vnam, in singulis manibus singulas, in singulis mammillis singulas, sub mammillis singulas, in dextro lumbo vnam, in singulis genibus singulas, in dextra tibia vnam, in singulis pedibus singulas. sunt omnes XVIII. Effusio verò aqua dextra lauatque, sit stellis XXXI. Quarum duæ splendidae sunt, ceteræ verò obscuræ.

CAPRICORNVS sane similitudinem habet Aegipanos: habet enim posteriorem partem Piscis, priorem Capricorni: & hunc honorem dicitur assecutus, eo quod cum Ioue sit nutritus. Epimenides dicit in Ida virosque nutritos, & ad Titanum bellum cum Ioue esse profectum: quem Iupiter victor astris intulit, quod eius opera dii armati essent: itēque matrem eius Capram, quod Dicolon inuenisset in mari, ideo Piscis cauda notatam. Nigidius Capricornum refert immortali honore donatum, quo tempore Typhon in monte Tauro speluncam haberet, & Aegyptum incoheret, ab Ioueque concessum habuisset, quem admodum dijs posset obsistere, cum eis consilium panderet, sineque terras relinquere vellent: neque Typhonis immanitatem resistere, dii posent, inconsulte figuras immutauerunt, in quam quis vellet, seu bestiam, seu volucrem, seu piscem pecudemve, Typhon se in Capram transmuteset: itaque immortales figuris ignotis Typhonis ante oculos crebro versabantur: vnde adhuc maxime pro dijs multas bestias obseruant coluntque Aegyptij. Et cum venit Typhoni neminem deorum aduersari, sibi nec vacuum cognouit dominantibus, arbitratus deos se veritos, propter metum: dominabatur imperitis fortuna varietate, & periculi magnitudine instantis. Nam post XVIII. dies dicitur consilium de eo repente à dijs factum ut interficeretur: ob idque vsque hodie in Aegypto hos dies, id est XVIII. festos perpetuo, annis singulis instituerunt: in quibus diebus qui nascitur amplius quam eos non viuunt. Typhon autem fulmine interficitur ab Apolline, in templo Aegypti Memphis, vbi mos fuit solio regio decorari reges qui regnabant. Ibi enim sacris initiabantur primum, ut dicitur, reges, sacris religiose tunicari: & Tauro quem Apim appellant, iugum portare fas erat, quem deum maximum Aegyptij existimant, & per vicum vnum ducti, ut periti existimabant, labore humana necessitate, ut crudelius quæ sub eis sint abutantur. deducitur autem à sacerdote Isidis in locum qui nominatur Adytos, & iureiurando adigitur, neque mensem, neque diem intercalandum, quem in festum diem immutarent, sed CCCLXV. dies peracturos, sicut institutum est ab antiquis. Sed illò reuertamur vnde digressi sumus. Igitur dii postea quam Typhonem pena affecerunt,

serunt, & interfecerunt, sancta astrorum memoria decorauerunt, & ei nomen Aegyptij, Aegyptiana impo-
suerunt, quod cum tanti dii se in bestias conuertissent, Typhon se in Capram transfigurabat. oppidumque
magnificum in Aegypto adificauerunt, quod Panopolin adpellauerunt. Habet autem stellas, in singulis cor-
nibus duas, in naribus claram vnam, in capite claras duas, sub collo vnam, in pectore duas, in anteriore pe-
de vnam, in summitate ipsius pedis vnam, in dorso septem, in ventre quinque, in cauda extremitate cla-
sas duas, sunt omnes XXVI.

SAGITTARIUS.

28 BELLIGER VM Titan etiam cum contigit arcum,
Ducentemque ferunt sinuato spicula neruo,
Iam clausum ratione mare est, iam nauita portu.
Infestam noctem fugit, ad longasque tenebras,
Signum erit exoriens nobis tum nocte suprema.
Scorpios ille micat super freta caerulea cauda:
Insequitur grauis Arcus, & in lucem magis exit.
Tunc alte Cynosura repit, tunc totus in vndas
Mergitur Orion, humeris & vertice Cepheus.

28 PORRO Sagittarius Scorpione oriente ascendit, quo ascendente Orion occidit totus, & Cepheus
à vertice & humeris cum manibus, in cuius signi regione Zodiacus circulus humillimus est propter equina
crura. Quidam negant, dicentes nunquam Centauros ullis sagittis usos fuisse. Quidam autem dicunt,
quod quadrupedes esse non videntur, sed stans bipes sagittarius. Hic autem homo equinis pedibus est,
& caudam habet veluti sagittarj. Sosithens autem tragediarum scriptor, illum affirmat esse Croto-
nem. Euphemes Musarum nutricis filium, & inhabitasse Heliconem, atque sagittis & venatis vitam
exegisse, qui inter Musas sapius commoratus, plausu cantus earum distinguebat, id est ad pedem manibus
plaudebat, quo alij timerent. Hunc Musa beneficio Iouis astris intulerunt, cuius artes, id est plausus &
sagitta, inter mortales mansere. Nigidius de Crotone idem dicit, sed non conuersatum cum Musis
sed dum illa cantus chorosque celebrarent, hunc procul auditu repentino plausu ad pedem feriendo oble-
tare canentes, ob hoc eum à Ioue immortalis memoria earum rogatu donatum, quod esset nutricis ea-
rum filius, idem Oceani nepos. Habet autem stellas, in capite duas, in arcu duas, in acumine sagittae duas
in dextro cubito vnam, in eadem manu vnam, in ventre claram vnam, in spina duas, sub cauda duas, in an-
terioribus geniculis singulas, sunt omnes XV. Reliquae vero septem, subter crura, similes quidem sunt po-
sterioribus, quae non ostenduntur, quod Centaurus duplex sit: iaculum autem eius, ex quo dicunt omnes
Cycloplas ab Apolline interfectos, qui Iouis fulmina fuerant, absconditum fertur ad aquilonem, & pera-
ssa, ac potius sedata lite, assumptum, & ad pedes sagittarj inter astra collocatum. Habet autem stel-
las quatuor, in summo vnam, in medio obscuram vnam, in pennis duas, vnam vero splendidiorē
alijs.

AQVILA.

29 VNG VIBVS innocuis Phrygium rapuit Ganymedem
Et coelo appositus custos quo Iuppiter arsit:
In puero, luit excidio quem Troia furore regit.

29 AQVILAM sane inter astra collocatam dicunt, propter Ganymedem Iouis ministrum, quem
rapuit in caelum, est enim ea signum Iouis, quod cum dii omnes volucres inter se diuiderent, eam in portio-
ne sortitus sit Iuppiter. quod alius cunctis volantibus enolet, & pene inter omnes principatum teneat,
& quod sola animam Solis radijs non terreatur. Namque ita est spectans ad orientem pennis tensis. Aglaos-
thenes dicit Iouem in aquilam transfiguratum, Naxiam regionem ubi nutritus fuerat petijse, & reg-
num accepisse. Egresso vero de Naxo cum aduersus Titanas profisceretur, & sacrificium faceret, aquila

ei in auspicio apparuisse, & fulmina ministrasse, quam bono omine acceptam tutela sue subiecisse. Habet autem stellas, in capite claram vnam, in humeris singulis alarum singulas, in pectore obscuram vnam sunt omnes quatuor. Sagitta autem quam tenet in pedibus, dicitur sagitta Apollinis fuisse, cum qua Cyclopes interfecit, eo quod Iouis fulmina facerent, quod eo telo Aesculapius eius filius à Ione esset interfec-
tus, quam sagittam astris illatam in memoriam virtutis suae reliquit. Habet autem stellas quatuor, in summo vnam, in medio vnam, in pennis sagittae duas.

DELPHINVS.

30 **SIDERA** quæ mundi pars celsior æthere voluit,
Quæque vident boream, ventis assueta ferenis
Diximus: hinc alius declius ducitur ordo,
Sentit & infanos obscuris flatibus austros.

30 **NEPTVNVS**, vt Artemidorus refert, Amphitriten voluit in coniugium accipere, quæ cum ob vā recundia magnitudinem & virginis obsequium ad Atlantem confugisset, Neptunus post eam multos misit qui eam peterent, inter quos & Delphinum misit qui eam peteret. Quæ cum circa insulas Atlantis moraretur, reperit eam, nunciauitque Neptuno, quam ille suis persuasionibus ad suam perduxit voluntatem, Delphinusque maximas honores in mari tribuit, quem in astris intulit & in manu sua habere instituit. Habet autem stellas nouem, & ideo muscum signum dicitur, eo quod in numero musarum stellas habet, in ore vnam, in solio duas, in pinnulis ventris tres, in dorso vnam, in cauda duas sunt omnes nouem. Delphinus autem non multum currit supra Capricornum.

ORION.

31 **TELA**, caput, magnisque humeris, sic balthæus ardet,
Sic vagina ensis, pernici sic pede fulget.

31 **ORION** qui & Incola dicitur, ante Tauri vestigia fulget, & dicitur Orion, ab vrina, id est ab inundatione aquarum. Tempore enim hyemis habet ortum cum mare & terras aquis & tempestatibus turbat. Hunc Romani Iugulam vocant, eo quod sit armatus, vt gladius stellarum luce terribilis & clarissimus, qui si fulget, serenitatem portendit: si obscuratur, tempestatem annuit imminere. Hunc Hesiodus dicit Neptuni & Euryales filium, cui dono datum est à Neptuno, vt super fluctus ambularet, veluti supra terram. Qui cum Chium venisset, Meropem Oenopionis filiam compressit, quem Oenopion ob iniuriam excacauit, & de sinibus suis expulit ipse cum Lemnum venisset, à Sole dicitur ei lumina restituta esse, & reuersus est ad Oenopionem, qui cum à ciuibus terra absconderetur, Oenopion, desperata eius inuentione, Cretam est profectus: vbi cum immodice venaretur, & à Diana corripere, ait se nullam feram in terris relicturum. Tellus indignata Scorpionem extulit mira magnitudinis, qui pœnas magniloquentiae eius exigeret, Iupiter autem Orionem ob virtutem astris intulit. idem rogatu Diana Scorpionem inter astra duodecim caelo collocauit, quorum contra magnitudinē stella quoque eorum amplissima sunt. Aristomachus autem dicit Erythraea quendam Thebis voto petisse, vt filium haberet, ad quem Iupiter Mercurius & Neptunus hospitio deuenerunt: qui eis hostiam immolauit, vt filius nasceretur: cuius bonis pelle detracta, dñ in eam vrinam fecere, iussuque Mercurij, terra obruta est, vnde puer supradictus est natus, quem Vrionem appellauerunt & astris intulerunt. Quidam autem dicunt Vrionem Metheymneum qui cum esset cithara potens, rex Corinthiorum Pyranthus nomine eum dilexit, qui cum à rege impetrasset vt ciuitatem arte suas illustraret, & magnum patrimonium acquisiuisset, consenserunt famuli cum nautis, vt eum interficerent: quem cum vellent interficere petijt ac eis vt ante decantaret. Cum autem cithara sonus cum voce eius audiretur, Delphini circum nauim venerunt, ille super vnum ex his se precipitauit, qui eum sublatum ad Regem Pyranthum Corinthum detulit. Delphinus subductis per astra aquis exanimatus est. Qui cum suos casus Pyrantho narraffet, iussit rex Pyranthus Delphinum sepeliri, & ei monumentum fieri: post aliquantulum temporis nauis qua Orion deuectus fuerat, Corinthum delata est. Nautas cum ad se adduci rex imperasset, & de Orione inquireret, dixerunt eum obijisse. Quibus ille, Crastino, inquit, die ad Delphini monumentum iurabis: eosque custodiri mandauit, atque Orionem ita ornatum sicut se precipitauerat, in monumento Delphini delitescere. Cum autem adducti per Delphini

Delphini monumentum intarent Orionem obijſſe, & de monumento prodijſſet, illi cum videntes obmutuerunt, ibique regis imperio crucifixi ſunt, Dehinc Iouis miſeratione dicitur Orion cum Delphino inter aſtra poſitus. Nigidius autem reſert quodam tempore Iouem cum ceteris dijs apud Muſaeum Biſionis tum regem hoſpitio dapſili copioſoque affectu predito in hilaritate conſtituiſſe, vt in corio Tauri qui tunc immolatus fuerat, mingerent, eoque loco in corio terra obrutus natus ſit Orion, qui factus adoleſcens digna deorum forma atque egregia virtute incitatus, immortalis memoria obtemperabat, quibus ortus dicebatur. Nam cum in Celſio venaretur, Dianam irridens contemnebat eius opera, qua in monte conſtituebat. Itaque Diana miſiſſe dicitur Scorpionem qui Orionem vita priuaret: Orion vita priuatus, ſideribus illatus eſt. Habet autem ſtellas, in capite claras tres, e quibus media eſt ſplendidior ceteris: in ſingulis humeris ſingulas claras, in dextro cubito obſcuram vnā, in eadem manu vnā, in zona tres, in gladio quem tenet in manu, tres: in ſingulis genibus ſingulas, in ſingulis pedibus ſingulas, in manſili tres ſunt omnes XVII. & decem ex eis obſcuriores.

CANIS.

32 CVM tetigit Solis radios, accenditur æſtas,
Discernitque: ortu longe fata viuida firmat:
At quibus arctatæ frondes, aut languida radix,
Exanimat: nullo gaudet maiusve minusve
Agricola: & fidus primo ſpeculator ab ortu.

32 SIRIVS, ſtella eſt in medio Centro cæli, ad quam cum Sol acceſſerit, duplicatur calor ipſius, & languore afficiuntur corpora humana. Sirium autem ſtellam vocatam putant, propter ſtamma candorem. Latini autem illam Caniculam vocant, vnde & dies Caniculares dicuntur, quia quādiu Sol in ipſa eſt, peſtifera eſt, ſed pro qualitate adiacentium commutatur, nam aut vincitur, aut morboſus vititur viribus. hinc eſt, quod cum certo tempore oritur, non ſemper eſt noxia. Quidam verò dicunt Canem fuiſſe qua Europæ cum dracone cuſtos data eſt, qua poſtea Minos vtrique accepit. Eandem poſtea ob medicina cauſam Procridis in munere datam, qua poſtea Cephalus vtrique poſſedit, vir Procridis, qui eam ad Thebas duxit ad vulpem Thebanorum agros infeſtātem: cui Cani ſatum eſt, ne ab vilo poſſet interſici, itēque Vulpi. Iupiter verò Vulpem in lapidem conuertit, & Canem aſtris intulit. Amphianus tragicædiarum ſcriptor reſert, quod cum hominibus ſtella relinquerent locum, miſſus eſt legatus Canis ad Doloram, quam vt vidit, tempore tempeſtiuo adamauit: qui cum flagraret amore, nec poſſet frui, magis aſperius vrebatur: calamitate accepta, & Deos adiutores inuocare cepit: tunc Aquilo miſit filios ſuos adoleſcentes, qui operam Cani traderent, & ipſe ſlatu ſuo Canis ardorem ſedauit, qui ſtatim Eſeſiadicitur: amoris autem memoria remanſit.

Sunt qui aliter memorent. Icarus à Libero hoſpitio receptus eſt, qui ei in munere vitem plenum vino tribuit, iuſſitque vt in reliquas terras propagaret. Icarus dehinc Athenas, cum in terram Atticam ad poſteros deueniſſet, eis genus hoc ſuauitatis oſtendit. paſtores autem cum immoderatus biberet, obrui facti conciderunt. Qui arbitantes Icarum malum medicamentum ſibi dediſſe, eum ſuſcibus interfecerunt. Icarium autem occiſum Canis qui cum eo fuerat, Mæra nomine, vlulans, Erigone eius ſilia monſtrauit vbi pater inſepultus iaceret: qua cum veniſſet eius corpus ſepeliuit, ipſaque ſe in monte Hymetro contulit, ibique laqueo ſibi mortem conſciuit. Tunc dicitur Liber à Ioue petiſſe, vt Erigonem & Icarium aſtris inferret. Iupiter autem auditæ eius petitione, Erigonem ſignum Virginis nominauit: Icarium autem patrem eius, Arcturum. Qui cum exoritur, tempeſtates mari terraque efficit, cumque Athenas peſtilentia opprimeret, ex oraculo reſponſum eſt ceſaturam peſtilentiam, ſi per annos ſingulos de frugibus & vindemiis Icario & Erigone primum deſideretur. Quod factum eſt ab Athenienſibus, qui diebus feſti inſtitutis aras conſtituerunt: ideo quia illam pendentem aſpexerunt, quod eſt apud Græcos: ex quo factum eſt, vt ſoli oſcillo iactarentur homines. Canis autem Icarij qui vlulans ante pedem pendens Virginis mortuus eſt, Aſtrocyon nominatur, quod nos Canis ſtellam dicimus: qui ob eandem cauſam quando exoritur, ſummam peſtilentiam hominibus facit. Habet autem ſtellas, in capite vnā, qua Iſis dicitur, clarā: in lingua vnā, quam Sirium vel Canem vocant, qua magna eſt

Et splendida: in collo duas, in singulis humeris singulas obscuras, in pectore claras duas, in anteriore pede sinistro tres, in dextro unam claram, in extremo supra dorsum tres, in ventre duas, in sinistro femore unam in posteriori pede sinistro unam, in summitate caudae unam sunt omnes XX. Situm autem est hoc signum inter biemalem tropicum, et arcticum subterraeum qui Australis vocatur.

DASYPVS.

33 SIC vtrunque oritur, sic occidit in freta fidus:

Tu paruum Leporem perpende sub Orione.

33 LE PVS sub pedibus Antecanis et Orionis constitutus est. Hic dicitur Orionis canem fugere venantis. Nam ut venatorem eum finxerunt aliqua de causa, ita Leporem ei ad pedes fugientem finxerunt. Quidam negant tam nobilem tamque magnum venatorem, de quo ante in Scorpione signo diximus, et postea in ipsius figura dicemus, oportere Leporem venari. Callimachusque accusat eum, quod cum Diana scriberet laudes, eam leporino sanguine gaudere, et eos venari dixerit. Nonnulli à Mercurio inter astra collocatum dicunt propter nimiam velocitatem, siue quod inter quadrupedes plus pariat, et quosdam fetus pariat, quosdam verò in ventre habeat, sicut Aristoteles philosophus ait, qui de animalium ratione disseruit. Antiquitus autem dicebatur in insula Lero nullum Leporem fuisse, sed ex eorum ciuitate adolescens quidam studio generis ab exteris terris Leporem feminam produxit, et ad eius partum diligentissime qua opus essent administravit: itaque cum peperisset, et complures eius ciuitatis ad studium intendisset, et partim precio, partim beneficio mercati essent, omnes Lepores alere coeperunt: quibus cum nihil daretur ad manducandum, impetu facto, omnia comederunt, quo facto insulam calamitas afflixit, itaque postea Leporis figuram astris contulerunt, ut homines meminissent nihil his exoptandum in vita, si insolenter utantur laetitia, qua dolorem capere posterius cogantur. Habet autem stellas, in singulis auribus singulas, in pectore duas, in dorso nitidam unam, in posterioribus pedibus singulas. sunt autem omnes VII.

ARGO NAVIS

34 AT cum decurrens inhihet iam nauita remos,

Auersamque ratem votis damnatus ab ore,

Perlegit, optatam cupiens contingere terram:

Sed quia pars violata fuit coeuntia saxa,

Numine Iunonis tutus cum fugit Iason,

Hæc micat in cælo lateri non amplior, actus

Qua surgit malus, qua debet reddere proram,

Interepta perit nulla sub imagine forma:

Puppis demisso tantum stat lucida clauo.

34 POST Canis igitur magni caudam, secundum stellarum ordinem Navis constituta est, quam quidam beneficio Minervæ inter astra collocatam dicunt, quaque prima ab ea fabricata est, et mare quod antea inuium fuerat hominibus, peruium nautis ingenio fecit, quam notatam in cælo figuravit, sed à gubernaculis usque ad malum. Nonnulli dicunt Danaum Beli filium ex compluribus coniugibus quinquaginta filias habuisse, fratrem autem eius Egyptum totidem filios. Danaum autem et filias eius interficere voluit, ut regnum paternum solus obtineret, easque filiis suis uxores à fratre poposcit, Danaus autem cognita malitia, Minervam inuocauit adiutricem: tunc primum dicitur Minervæ nauim fecisse, quæ Argos appellata est, cum qua Danaus ex Aphrica Argos profugit. Aegyptus filius suos ad persequendum fratrem misit. Qui postquam Argos venerunt, patruum impugnare coeperunt. Danaus autem ut vidit se eis obsistere non posse, dedit eis filias suas, quæ patris iussu viros suos una nocte interfecerunt, sola Hypermnestra Linum seruauit: ob quod sanum illis factum est. cetera verò dicuntur apud inferos in dolium pertusum aquam ingerere. Habet autem Navis stellas, in puppe quatuor, in catastrota quatuor, in malo summo tres, in singulis remonibus quinque, sub carina quinque. sunt omnes XXVI.

CETVS.

CETVS.

35 DIVERSO posita & boreæ vicina legenti,
Auster pistrisagens duo sidera, perlegit vnum.
Nanque Aries supra Pistrim Piscésque feruntur:
Bellua sed ponti non multum præterit Amnem.

35 PORRO sub Ariete & Piscibus super fluuium Cetus in cæli regione collocatus est. Dicitur autem à Neptuno missus ad Cepheum propter inuidiam Nereidû, à qua contra Cassiopeiam & Andromedam exardescerat propter nimiam pulchritudinem. huic Ceto Andromeda proposita erat, quem Perseus interfecit, & ab Ioue astris illatus est, vt memoria actus maneret. Habet autem stellas, in cauda extremo claras duas, à cauda vsque ad gibbum eius sex, sub ventre sex. sunt omnes XIII.

ERIDANVS FLVIVS.

36 PLANXERE ignotis Asiæ Phaetontides vndis
Eridanus medius liquidis inter iacet astris.
Huius pars vndæ læuum ferit Orionis
Lapsa pedem, procul à motis qui Piscibus vsus,
Vincula coniecat nodus: cristam super ipsam,
A Equore Pistris adit. sunt illi libera cælo
Sidera, nonnullam specie reddentia formam:
Sub Leporisque latus, versam post denique puppim,
Inter & Eridanum, flexusque cauumque carinæ.
Atque hæc ipsa notat, si nullam ferre figuram,
Sunt etiam toto sparsi sine nomine mundi
Inter signa ignes etiam, quibus & sua desit
Forma, per oppositi noscuntur lumina signi.

36 FLVIVS, vt superius diximus, subter Cetum collocatus est. cæli regione cernitur, ad quam sinister Orionis pes extenditur. Ab Arato & Pherecyde Eridanus Padus esse putatur: & ideo inter astra collocatus, quod à meridianis partibus dirigere cernitur. Hesiodus autem dicit eum inter astra collocatû, propter Phaethontæ Solis, & Clymenes filium, qui dicitur currum patris ascendisse. Cùmque à terra altius leuaretur, præ timore in Eridanum fluuium, qui & Padus dicitur, cecidit, ab Ioue fulmine percussus: & omnia ardere cœperunt: causâque extinguendi vniuersos amnes immisos esse, omnéque mortaliū genus interisse, præter Pyrrham & Deucalionem. Sorores quoque Phaerontis flentes in arbores populos versa sunt, lacrimaque earum in Electrum durare dicuntur, Heliadésque appellata. ipsa autem nomina habuisse, Merope, Helie, Aegle, Aegiale, Petre, Phæbe, Charie, Dioxippe. Cycnus quoque rex Liguria Phaethontis propinquus dum fleret, in Cycnum conuersus est, id quoque monens flebile canis. A quibusdam vero Nilus, qui & Gion existimatur, & ideo inter sidera collocatus, quod à meridianis partibus cursum dirigit. Est autem sidus multarum stellarum luce adornatum, & subiacer ei stella quæ vocatur Canopus, siue Prolemaon splendens: tangitque remonem Nauis. apparet autem humillima, eo quod circa terram esse videtur, & nullum sidus inferius apparet, ob quod terrestris vocatur. Habet autem stellas, in primo flexu quatuor, in secundo tres, in tertio tres, vsque ad nouissimum septem, quas dicunt in ore Nili fluuij esse. sunt omnes XVII.

PISCIS.

37 INFIMVS Hydrochoos sed quæ vestigia figit,
Sunt aliæ stellæ, quæ caudam bellua flectit,

Q

Quâq;

Quaque caput Piscis, media regione locatæ:
 Nullum nomen habent, nec causam nominis ullam:
 Sic tenuis cunctis iam pene euanuit ardor:
 Nec procul hinc dextra diffundit Aquarius undas,
 Atque imitata cadunt errantis signa liquoris.
 Equibus una magis sub cauda flamma relucet
 Squammigeræ piltris: pedibus subit altera signi
 Fundentis latices: est & sine honore corona,
 Ante Sagittiferi multum pernicia crura.

37 *PISCIS magnus, cuius nepotes dicuntur Pisces, qui in circulo zodiaco constituti sunt, dicitur in astra collocatus, eo quod decidens in Boeth stagno, Phacelus filia Veneris, in Piscem sit transfigurata, quæ Syri deam nominauerunt. Quidam autem dicunt quod de stagno filiam Veneris saluauerit. Vnde usque hodie Syri Pisces argenteos in templo sacrauerunt. Est autem signum in parte australi, quod Piscibus orientibus oritur, quem Piscem dicunt Aquarii vna habere effusionem. Habet autem stellas XII. è quibus una fertur esse sub pedibus Aquarii, & tres in brachijs eius. ipsa autem clariiores esse ceteris noscuntur. inter hæc sunt astra siue signa quæ Planeta appellantur.*

38 *OCEANVM* occasu tangit tanto & magis arte,
 Thuribulum metæ vim cœlo suscipit, & iam
 Præcipiti tractu vastis dimittitur undis.
 Multa dedit natura homini rata signa salutis,
 Venturamque nouis cladem depellere suavit.
 Inter certa licet numeres sub nocte cauenda;
 Thuribulum. nam si sordebunt cætera cœli
 Nubibus obductis, illo splendore timeto,
 Ne pacem pelagi soluat violentior auster:
 Tunc mihi siccentur astricto cornua velo,
 Erigat, emittatque latus per inane rudentes.
 Quod si deprensa turbauit linthea puppis,
 Incubuitque sinu laxo, vel mergitur undis
 Prona ratis, soluetque inimicum Nereæ prora:
 Vel si perspexit seruator Iuppiter æger,
 Vltima persoluunt iactatæ vota salutis:
 Nec metus ante fugit, quàm pars effluerit orbis,
 Quæ boream cœlum spectantibus indicet ortum.

39 *SACRARIVM* qui & Pharus dicitur, est signum nauigantibus semper contrarium, quod sequitur Scorpionis caudam. Quod quidam locatum inter astra dicunt, quod in eo dii primum mutuo coniurationem fecerunt, cum iupiter contra Saturnum fecit, quod memoria non solum astris illatum, sed etiam hominibus hoc haberet institutum, quia in agonibus & ludis quinquennalibus corona habentur, & fœderis testes adhibentur, itemque vates per quos futura respondentur in Symposijs domibus consecrantur, & iure iupiter igneum sibi velamen, ne eius fulminum potentia deprehenderetur adhibuit. Habet stellas quatuor, duas in superficie, in qua pruna fuisse dicuntur, duas in vase eius.

CENTAVRVS.

39 *INDE* per ingentes costas, per crura, per armos,
 Naufcitur intacta Sonipes sub Virgine dextra,

Seu

Seu prædam è filuis portat, seu dona propinqua
 Placatura deos, cultor Iouis admouet aræ
 Hic erit ille pius Chiro, tutissimus omnes
 Inter nubigenas, & magni doctor Achilles.
 Hic humero medium scindens iter ætheris alti,
 Si tenuem traxit nubem stellâsve recondit,
 Toto clarus equo, venientes nunciat euros.

39 CENTAURVS dicitur Saturni & Philyræ filius. nam Saturnus cum Iouem filium quæreret in Thracia, cum Philyræ Oceanifilia in equum versus dicitur concubuisse, & ex ea Chironem Centaurum natum artis medicina inuentorem, ipsamque in arborem Φιλύρα, hoc est tiliam versam esse, & habitasse Chironem in Pelio monte inter homines equissimum, à quo Aesculapius medicina, Achilles cithara, in astrologia Hercules literis instructi sunt: cuius hospitio cum Hercules vteretur, sicut Antisthenes dicit è phæetra sagitta lapsa dicitur pedem eius vulnerasse, acceptoque vulnere illum animam exhalasse, & ab Ioue astris illatum. est autem signum ad aspectum Sacrarij. Vnde & ad idem Sacratium sacrificare videtur. Habet stellas, in capite obscuras tres, in singulis humeris singulas claras, in dextro cubito vnam, in eadem manu vnam, in medio pectore vnam, in spina duas, in ventre splendidas duas, in dextro lumbo claram vnam, in cauda tres, in singulis genibus retrorsus duas, in utroque armo vnam, in versisque pedibus anterioribus singulas. sunt omnes XXXIII. Quidam arbitrantur tenere in sinistra manu arma & Leporem: in dextera vero bestiolam quæ δαίον appellatur, & Βύπεων, id est utrem vini plenum, in quo libabat dijs in Sacratio. Habet autem stellas bestiola, in capite vnam, in spina claram vnam, in cauda duas, in summo pede posteriore claram vnam, in anteriori pede vnam claram, in thyrso tres. sunt omnes XXXIII.

HYDRA.

40 HIC primos ortus Crater premit vterioris,
 Vocalis rostro Corui, super Hydrâque lucet.

40 HYDRA, super cuius caudam Coruum sedere dicunt, & in medio Vnam asserunt, est signum in parte australi, caput deflexum habens ad Cancrum, cuius sinuosi corporis medietas est connexa sub Leone, caudam verò extendit ad Centaurum, supra quam sedet Coruus: qui Coruus ideo inter astra collocatus dicitur, eo quod fuerit in tutela Apollinis, à quo missus ad fontem, ut dijs ad libandum aquam deferret: cum vidisset arbores grossos ficus habentes, volans confedit in eis donec matura fierent, & aquam deferre distulit: post paucos autem dies peracto sacrificio, cum ille ficos comedisset, & se dijs peccasse sensisset, denudò ad fontem ut aquam hauriret rediit, & ab Hydra exteritus vas vacuum reportauit, dicens excessisse aquam, quæ fuerat in fonte. cognoscens Apollo sibi Coruum peccasse, prohibuit eum eo tempore aquam bibere, ut Aristoteles dicit in eo libro, qui de bestiis scribitur. Et Isidorus in naturalibus, vel in phisicis memoria tradidit, quod ipse peccati pœnas daret, qui & postea astris illatus est. Crater autem in medio angue positus est: caudam autem anguis Coruus appetit rostro, neque potest iuxta accedere ut bibat. Habet anguis stellas in capite, claras tres, in prima flexura sex, & vna ex eis obscura ad vltimum: in secunda flexura tres, in tertia quatuor, in quarta duas, in quinta vsque ad caudam octo claras. sunt omnes XXVI. Paululum sub prima flexura Crater siue Vrna situs est, inclinatus ad genua Virginis. Habet stellas in labris obscuras duas, per singula latera tres, in fundo duas. sunt omnes X, Coruus autem qui est ad vltimam eius caudam, spectans ad occasum, habet stellas, in capite claram vnam, in ala duas, in cauda tres, in pedibus singulas ab vnguibus. sunt omnes sex. omnes simul sunt XXXXIII.

AETHERIVM venit thalamum super imbribus atrum,
 Et tonitru, crebraque abscondit grandine terras.
 Temperat in Geminis annum, nec crede sereno,
 Nubila nec diuturna putes cum sidere Cancri
 Fons erit ardentis, tamen hoc in littore certum

Flagrantis placide lucens hic temperat annum.
 Cum posuit sedem Nemeæis finibus astrum,
 Virgineque & Libra, semper pendentia tantum
 Nubila continua magis in statione manebunt.
 Nunc quoque nulla fides cœlum cum Scorpion acer
 Stat super: incerta nanque omnia lege feruntur:
 Heu quantis terras tum Iupiter ignibus omnes
 Obruet, aut glomerata cadet quàm densa per astra
 Immitis grando cœlo, quàm sæpe sonabit,
 Cum spatium attigerit tendentis singulæque ignis,
 Non terris imbres, ponto non flamina deerunt,
 Et cœli terret sonitus mortalia corda,
 Cum sedem Aegoceri Cithereius attigit ignis.
 Horridus at gelidos portendit Aquarius ignes,
 Hibernæque cadunt pluviæ, concretæque grando.
 Piscibus à geminis sub prima recurrerit astra,
 Hesperus, hæc tibi signa feret, cum lucifer ora
 Ingreditur Venus alma polû, sed ubi Hesperus ignes
 Prouocat ætherios, & noctem ducere terris
 Incipit, exoriens ecce hæc Citherea mouebit.
 Vere caueto imbres, & fulmina culmine ab alto,
 Phryxum rutilo pecus irradiauerit astro
 Nubila, commixtusque fragor pluuiialibus vndis,
 Flaminæque assiduo terris tum stantia pulsu.
 E cœlo diri deiecti grandinis ictus,
 Vere magis nitido Tauri cum sidere fulsit.
 Appota Geminis eadem constantia præstat,
 Cum dederit soles, inducit nubila cœlo:
 Nubila cum fuerint, subitos mirabere soles:
 Et modo te vento gelido, modo protinus imber
 Lucens alterna superabit nube serena.
 Sin leuis ingressa est spaciosi sidera Cancri,
 Pacem mundus habet, non nulli corpore soles
 Pestiferi incendunt, non sidera densa solutos
 Astringunt artus: alieno tempore lenis
 Omnia pacato tum sidere temperat aër.
 Ac rapidis idem ne solibus æstuet orbis,
 Efficient magni conspectu signa Leonis.
 Virgine erunt pluviæ, plerique in nube fragores,
 Concaua quos reddunt incluso nubila vento.
 Detrahit autumnus pluuias, eadèmq; repellit,
 Nubibus assiduis, cœlûmq; ob frigora prima,
 Extremum autumnus superent glacialia terræ.

Scorpions at raris ne quis caua terra grauetur,
 Horrebit pluuijs ad diros omnia nimbos,
 Continúoque ruit, cum per sinuosa tenetur
 Cornua Centauri rapida distincta sagitta.
 Aegoceros imbres, & crebro lumine ruptos
 Nubibus elidet sonitus, templóque nitore,
 Flagrantis teli mortalia numina vincent.
 Hæce eadem fundens prædicit Aquarius imbrem.
 Extremis sæuis maria increbescere ventis,
 Ostendunt Pisces Veneris quos stella notarit,
 Et quoniam certis extat via cognita signis,
 Accipe quid moueat mundo Cyllenius ignis,
 Si modo Phœbei flammæ euaserit axis,
 Matutina ferens solitos per sidera cursus.
 Cum pecudum villis auratum fulserit astrum,
 Ventorúmque graues, & diræ grandinis iræ,
 Non intermisso patienti tempore surgent.
 Quin pluuias alias etiam in regione notabis
 Affore non omni: nanque est tunc imber in aruis.
 Ast ubi se Taurus sinuatis cornibus effert,
 Grandinæ significat. Geminis tranquilla sereni
 Et placidum nautis spondet cœlúmque fretúmque,
 Nubila atque imbres, æstus ac frigora miscet.
 Certior ardor erit, quamuis iuuet aura fauoni,
 Cum vasti calida radiabit sede Leonis.
 Tempa sed ætherei simul ac possederit ignis,
 Omnia mixta feret, pluuias meditabitur ingens,
 Undique grando venit, rumpuntur culmina nimbis.
 Centauri attigerit cum iam Cyllenius arcus,
 Aut ubi confurgit Capricornus & ipse biformis,
 Aut subitoscœlo deducet crebrius imbres
 Fulminis, aut iactu magnum perrumpit Olympum.
 Nullo serenato Capricornus nubila cœlo
 Comparat, aut gelidos flatus, cœlíque fragores.
 Non alio melius signo prædicere possis.
 Piscibus hæce eadem quamuis cognoscere fas sit,
 Quandoquidem exoritur mundo Cyllenius ignis.
 Quid faceret primum modo cum lumine Solis,
 Tempus & occasus moneat quoque discere Phœbi,
 Ver erit hibernis totum execrabile nimbis,
 Et crebro tonitru iunget florentia rura,
 Spésque nouæ segetis quatientur grandinis ictu,
 Vretur cœlum, magni, cum regna tonantis

Ingrediens pecudis ingreditur aurea terga,
 Hinc & Agenorei stellantia cornua Tauri,
 Quidve ferant Gemini, rapid o quid sidere Cancer,
 Si penitus quæras: Taurum sæuire videbis,
 Grandine nec contra ferri ratione probanda,
 Aut Cancro, aut Geminis: calidus vestigia feruat
 Hic quo dicta Leo sæuisque caloribus ardet.
 Flatus at Geminis miscet tranquilla ferenis,
 Spiciferæque manu tendenti libera nutu
 Dissentit diuæ, sed vt hæc ventura serena
 Nunciat, & ventis cessat mare, cessat & ær.
 Scorpios in pluuias rarus, sed nubibus atris
 Creber agit nimbos: & sæua tonitrua portat,
 Clara Sagittiferi tetigit cum lumina signi,
 A Egocero semper cælo leuis excidit imber.
 Frigidus at rapidis horrebit Aquarius euris,
 Brumalésque dabit pluuias, atque igne perenni
 Cum sonitu quatiet nubes secura laboris,
 Non frustrans animum certo me limite ducat.
 Hæc eadem tibi signa dabunt non irrita Pisces.

SOLEM per seipsum constat moueri, non cum mundo verti, sed in zodiaci circuli obliquitate cursum paragrare, paulo superius diximus: qui cum per trecentos sexaginta quinque dies, & quadrantem zodiacum lustrat, & singulatricenis diebus denique horis ac semisse, id est dimidia hora, transcurrat incremento dimidiarum horarum quarto anno vnum diem complet, quem bisextum nuncupant, qui dies conficitur ex quadrantibus. Nam cum duodecies semis sex horas integras faciant, id est quadrantem, hic quadrans quater ductus viginti quatuor horas perficit, idem vnum diem cum sua nocte complet, & in quarto bisextum, vt præfati sumus, efficit. Sol interea dum igneus sit, præ nimio motu conuersionis suæ amplius incalcescit, cuius ignem dicunt philosophi aqua nutriri, & è contrario elemento virtutem luminis & caloris accipere, vnde videmus eum sæpius madidum atque rorantem. Tunc autem eclipsin patitur, quod Latine defectio dicitur, quoties Luna XXX, ad eandem lineam qua Sol vebitur, peruenit, eique se obijciens eum obscurat, vnde deficere nobis videtur, cum ei orbis Luna opponitur. Signa enim tempestaris vel serenitatis hoc modo astrologi mundi cognoscenda esse dixerunt. Virgilius nanque ait, si Sol in ortu suo maculosus sit, atque sub nube latens: aut si dimidia pars eius apparuerit, imbres futuros. item Varro ait, Si exoriens concavus videretur, ita vt è medio fulgeat, & radios faciat, partim ad aquilonem, partim ad austrum, tempestatem humidam & ventosam futuram innuit: item, si Sol, inquit, rubeat in occasu, sincerus dies erit: si palleat, tempestatem significat. Nigidius quoque ait, Si pallidus Sol in nigras nubes occidat, aquilonem ventum significat. Hunc etiam Græci Ἀπολλινem appellauerunt, à quo se spiritum accipere arbitrantur. ἀπὸ λαμπρῆ enim Græce, Latine perdens dicitur, quod feruore suo omnem succum virentium decoquendo perdat herbarum. Hunc etiam diuinationis deum esse voluerunt, siue quod Sol omnia obscura manifestat in luce, siue quod in suo processu, & occasu eius orbita multimodos significationum morietur effectus. Sol dicitur, aut ex eo quod solus sit, aut quod solito per dies surgat & occidat. Hunc etiam si ne barba pingunt, quia occidendo & nascendo semper est iunior, siue quod nunquam in sua virtute deficiat, vt Luna qua crescit aut minuitur. Huic quoque illam ob causam, quod aut quadripartitis temporum varietatibus anni circulum peragat, id est verni, æstatis, autumnii, & hiemis: aut quod quadripartito limite diei metitur spacium. Vnde & ipsi equis condigna nomina posuerunt, id est Erythreus, Aethon, Lampros, & Philogeus. Erythreus Græce ruber dicitur, quod à matutino lumine rubicundus exurgat. Aethon lucidus dicitur, quod tertia hora instante lucidior fulgeat. Lampros verò lucens vel ardens dicitur, quod sit dum ad umbilicum diei contra arcticum conscenderit circulum. Philogeus Græce terram amans dicitur, quod hora nona procliuius vergens occasui pronus incumbat,

LVNA terris vicinior est quàm Sol, siue quàm cætera errantia sidera. Vnde & breuiore orbe celerius peragit cursum suum. Nam iter quod Sol trecentis & sexaginta quinque diebus & sex horis peragit, Luna viginti septem diebus & octo horis percurrit. singula verò signa Sol tricenis diebus & denis horis ac semisse. Luna autem binis diebus, & semis hora, besse vnus, perlabitur. Vnde fit vt quantum spatij in zodiaco Luna percurrit, tantum Sol tredecim diebus expleat. Hanc quidam philosophorum dicunt proprium lumen non habere, globique eius vnâ partē esse lucifluam, aliam verò obscuram & paulatim se vertendo diuersas formas efficere. Alij contra aiunt, Lunam globum suum habere, sed ignem à Sole concipere, & quantum percutitur ardescere, & quantum à Sole discedit augeri, Cum vero contrā steterit, feritur ex aduerso & velut speculum, non vim, sed imaginem reddit, vnde & defectum patitur, si inter ipsam & Solem umbra terra interueniat. Hac enim crescente vniuersa gignentia pubescunt, tenuescence tenuantur: humor etiam & spiritus omnis augetur. tumescit oceanus. quod diuerso cæli & vagantium stellarum temperatur, atque deteritur & infra fluit, id excipit Luna & Sol tradit, quo & animalia vigescunt, & humus quodammodo animatur genitili calore, & vt ita dixerim, viua plurimum valent in originibus quam in ortu sunt: languent in occasu. Ortum facit in stella quam Sol præterit, deinde statione matutina cum à quinto loco Solis steterit, in eodem manet signo, donec ab eodem Sole moueatur, qua contraria est Soli. mane occidit, oritur simul nocte, & vocatur *Chronicos*. Deinde rursus altero latere, à quinto signo deprehensa postmeridiana, stationem facit, donec ingresso Sole idem signum sub radijs eius delitescens in totum occidat. Aspiciunt inter se stella ex tertio signo quod dicitur *Trigonum*, & habent maxime confusionem: item à quarto signo, quod *Tetragonon* & *Centrum* vocatur, & in alterutrum maxime præstant effectum, item ex contrario, quod est septimum signum & *Diametron* vocatur, qua maxime aduersum cætera disident. Vel leuiter aspiciunt, vt sextum quod dicitur *Hexagonon*. Signa tropica peregrinū nationibus præsent, & omnino motibus & consilijs subinde variantur, atque permutantur. Bisformia generatione rerum omni: in repetitionem significant, & interim dilationem. Solida vehementer & instanter efficiunt, & ad exitum vel prospera vel aduersa perducunt, sicut aspiciuntur à stellis, vel fauentibus, vel repugnantibus. Iam verò quia de eius cursu vel ordine sub breuitate diximus, restat vt quid de ea Gentiles senserint edicamus. Lunam gentiles *Dianam* germanam Solis quem *Apolinem* nuncupabant. fuisse dixerunt, & sicut à Sole spiritum, ita se à Luna corpus accipere arbitrabantur: Dicebant enim eam viarum præsidem, & virginem, eo quod in via nihil pariat. idcirco igitur ambo sagittas habere dicuntur, quod ipsa duo sidera de cælo radios vsque ad terram emittant, ideo facies, quia Luna illuminat, Sol & illuminat & exurit. ideo bigam Luna dicitur habere, siue propter velocitatem. siue pro eo quod nocte & die apparet. ideo vnus equum album & alium nigrum dicitur habere, eo quod hieme & æstate plus luceat quàm vere & autumnno. Diana autem Luna dicta est, quasi *diana*, eo quod die ac nocte apparet ipsa, & Luna eo quod luceat, & *Irinia* eo quod tribus fungatur figuris, de qua *Vergilius* ait, *Tria virginis ora Diana*. nam eadem Luna, eadem Diana, eadem *Proserpina* vocatur, id est cælestis, terrestris, & infernalis. De qua quidam, Denique cum Luna est, sublustri splendet amictu: Cum succincta iacet calamis, *Latonia* virgo est. Lunam voluerunt etiam apud inferos *Proserpinam*, seu quod nocte luceat, siue quod humilior currat & terris præsit: vnde bigam boum habere dicitur, illo videlicet pacto quod detrimenta & augmenta non solum terræ, sed & lapides vel cerebra animalium, & quod magis incredibile sit, etiam lætamina sentiunt, quæ in Luna incrementis eiectæ vermiculos parturiunt. ipsam *Dianam* ortam nemoribus volunt, simili modo quod arborum ac fruticum succo augmenta inducat. Denique clementis Luna abscissa ligna fursuraceis tinearum terebraminibus fistulascent. Nemoribus quoque adesse dicitur, quod omnis venatio plus nocte quàm die dormiat. *Endymionem* verò pastorem amasse dicitur, duplo scilicet modo: seu quod prius hominum *Endymion* cursum Luna inuenierit, vnde & triginta annos dormisse dicitur: quia nihil aliud in vita sua, nisi huic reptitioni studuit, sicut *Mnaseas* in primo libro de Europa scribens tradidit. siue quod *Endymionem* amasse fertur, quia nocturni roris humor, qui est siderum, quique ipsius Luna animandis herbarum succis infundetur, & pastoralibus profit successibus. Præterea signa tempestatis vel & serenitatis in ea videri posse antiqui dixerunt. Nigidius ait, si Luna in summo circulo maculas nigras habuerit in primis partibus mensis, imbres futuros significat. Si in medio, tunc cum plena sint in eo cornicula, serenitatem. Cæterum si rubet quasi aurum, veritas ostendit. fit enim ventus ex aëris desitate, qua obducti Sol & Luna rubescunt. item si cornua eius terra fuerint nebulia, tempestas futura est. *Aratus* autem dicit, Si aquilonium cornu Luna est porrectius, aquilonium imminere. Item si cornu australe sit erectius, notum imminere. Quarta autem Luna index futurarū certissima habetur aurarum. Vnde & *Vergilius*, Si in ortu quarto: nanque is certissimus uictor.

A B R V M A in fauonū C A E S A R I nobilia sidera, significat. III. cal. Ianua. matutino Canis occidēs

quo die Attica & finitimis regionibus Aquila vespere occidere traditur. Pridie nonas Ianuarias Casari Delphinus matutino exoritur, & postero exoritur Fidicula, quando Sagitta vesperi occidit. Item quinto idus Ianuarias eiusdem Delphini vespertinus occasus & continui dies biemis Italia, cum Sol in Aquarium sentitur transire, quod fere XVIIII. cal. Febr. euenit. VIII. Febr. Regia stella appellata Tuberoni, in pectore Leonis occidit matutino, & pridie non. Febr. Fidicula vesperi occidit.

A Faunio in æquinoctium Casari significant IIII. calend. Mart. quatriuuum variè, & VIII. calen. Mart. hirundinis visus, & postero die arcturi exortus vespertinus. Item nonas Mart. Casar. Cancer exortu id fieri obseruauit. VIII. Idus Mart. aquilonis Piscis exortus, & postero die Orionis exortus, & in Attica Miluus apparere obseruatur. Idibus Martij Casar ferales sibi notauit Scorpionis occasus. III. calend. Aprilis Italia Miluus ostenditur. XII. cal. Aprilis Equus occidit matutino.

Æquinoctium vernum VIII. cal. Aprilis peragi videtur. Ab eo ad Vergiliarum exortum matutinum Casari significant. III. non. April. in Attica Vergilia vespere occultantur. Item post pridie nonas Aprilis in Bæotia & Chaldais Orion & gladius eius incipiunt abscondi. Casari VI. Idus Aprilis significat imbres Libræ occasus. XIII. cal. Maias succula occidunt vespere, sidus vehemens, & terra marique turbidum. XVI. cal. Maias, in Attica occidunt vesperi, Casari. XV. cal. Mai. quatriuuum significant, XII. calen. Mai. Assyrijs succula occidunt vesperi, quod vulgo appellatur sidus parilicium, quoniam XI. calen. Maias vrbs Roma natalis habetur, quo fere serenitas redditur. claritatem obseruationis membrorum augmento, Hyadas appellantibus Græcis, quod nostri à similitudine cognominis vocabulum eis stellis propter succos impositum arbitrantur: imperiti appellauere Succidas. Casari VIII. calen. Maias notantur dies. VII. calen. Mai. Aegypto Hædi exoriuntur. VI. cal. Mai. Bæotia & Attica Canis vespere occultatur, & Fidicula mane oritur. X. cal. Maias, Assyrijs Orion totus absconditur. Quarto autem cal. Maias Assyrijs Canis.

VI. non Maias Casari Succula matutino exoriuntur, & VIII. Idus Mai. Capella pluuialis. Aegypto autem eodem die Canis vesperi occultatur. Sic fere in VI. Idus Mai. qui est Vergiliarum exortus, decurrūt sidera.

A Vergiliarum exortu significant Casari post pridie Idus Mai. Arcturi occasum matutinum. III. idus Mai. Fidicula exortus. XII. calen. Iunias Capella vesperi occidit. & in Attica Canis. XI. cal. Iunias Casari Orionis gladius occidere incipit. III. non. Iunias Assyrijs Aquila oritur vesperi. VII. idus Iunias Arcturus matutino occidit Italia. IIII. idus Iunias Delphinus oritur in Aegypto. XI. cal. Iulias eiusdem Orionis gladius Casari occidere incipit. VIII. cal. Iulias, longissimus dies totius anni, & nox breuissima Solstitium conficit.

A Solstitio ad Fidicula occasum, VI. cal. Iulias Casari Orion exoritur. Zona autem eius Assyrijs, IIII. non. Iulias, Aegypto verò eadem die Procyon astuosus matutino oritur, quod sidus apud Romanos non habet nomen, nisi Canicula, quam volumus intelligere minorem Canem, ut in astris pingitur ad æstum maxime pertinens, sicut paulopost docebimus. IIII. non Iulias Chaldais corona occidit matutino. Attica Orion totus eadem die exoritur. Pridie idus Iulias, Aegypto Orion definit exoriri. XV. cal. Augustas, Assyrijs Chiron exoritur. Deinde post triduum fere vbique confusum inter omnes sidus, indicans quod Canis ortus vocatus, Sole partem primam Leonis ingresso cum sit solstitium, quod sidus accendit solem & magnam æstus obtrinent causam. XVI. cal. August. Aegypto Aquila occidit matutino, Etesiarumque Prodrumi flatu incipiunt, quod Casar X. cal. August. sentire Italiam existimauit: Aquila Attica matutino occidit. VIII. idus Aug. Arcturus medius occidit.

III. idus Aug. Fidicula occasu suo autumnum inchoat, aut annotat. sed vera ratio id fieri inuenit pridie idus Aug. Equus oritur vesperi, & Casari. Aegypto Delphinus occidit. XI. cal. septembres Assyrijs stela, quæ Anteuindemiator appellatur, exoriri mane incipit, vindemia maturitatem promittens, cuius argumento erunt agni colore mutati, & Assyrijs quinto cal. Septemb. Sagitta occidit, Etesiaque desinunt. Anteuindemiator Aegypto nonis Septembribus oritur. Attica Arcturus matutino, & Sagitta occidit mane. V. idus Septemb. Casari Capella oritur vesperi. Arcturus verò pridie idus Septemb. imbres vehementissimos significat, terra marique. Ratio eius hac traditur, si Delphino occidente imbres fuerint, non defuturi sunt per Arctu. eius signi ortum seruat hirundinum habitus. namque deprehensa intereunt, XVI. cal. Octo. Aegypto Spica quam tenet Virgo, oritur matutino, Etesiaque desinunt. XI. cal. Octobres commissura Piscium occidit, ipsumque Equi sidus VIII. cal. Octob. III. cal. Octobr. Hædi oriuntur. cal. Octobribus Capella matutino exoritur. VI. nonas Octob. Attica Corona exoritur mane. V. nonas Octob. Heniochus occidit matutino. IIII. non. Octob. Casari Corona exoriri incipit, & pridie non. occidunt, Hædi vesperi. VIII. idus Octob. Casari fulgens in Corona stella exoritur, & tertio idus Vergilia vesperi exoriuntur. XVIII. cal. Nouember succula vesperi oriuntur. Pridie cal. Nouembr. Casari Arcturus occidit, & Succula exoriuntur

cum

cum Sole quarto nonas Nouembr. Arcturus occidit vesperti, & idus Nouembr. Attice Vergilia occasu suo hiemem inchoant. Quinto idus Orionis gladius occidere incipit. Deinde III. idus Vergilia occidunt, occasum maturum Vergiliarum Hestodes. natura huius quoque nominis Hestodis astrologiam tradidit fieri.

IN æquinoctio autumnus confitetur quod Thales XXV. die ab æquinoctio, Anaximander, XXXI. Eudemon XLVIII. nos autem sequentes obseruationem Caesaris, XLV. die ab æquinoctio dicimus fieri.

ANTE omnia autem duo esse nomina caelestis iniuria meminisse debemus. Vnum quod Tempestates vocamus, in quibus grandines, procellæ, ceteraque similia intelliguntur, quæ cum plenilunio acciderint, vi maiore impelluntur. Hæc ab horridis sideribus exeunt (vt sapius diximus) veluti Arcturo, Orione, Hædu. Alia sunt illa quæ silenti cælo, serenis noctibus fiunt, nullo sentiente, nisi cum facta sunt publica: & magna sunt differentia à prioribus, alijs rubiginem, alijs yredinem, alijs caliginem impellentibus: omnibus verò sterilitatem. De his nunc dicemus, quæ antea à nullo sunt prodita. Prius causas reddemus eorum quæ sunt præter lunarem, & quæ paucis calis locis constant. Namque Vergilia primatum tenent ad fructus quarum exortu æstas incipit, occasu hiems semestri spacio intra se, & menses vindemiæque, & omnium maturitatem amplexantur. Est præterea in cælo qui vocatur Lacteus circulus, etiam visu facilis: huius defluuium velut ex vbere aliquo sat a cuncta lactescunt, duorum siderum obseruatione: Aquila in septentrionali parte, & in austrina Canicula, cuius mentionem suo loco fecimus. Ipse circulus fertur per Sagittarium & Geminos, solis centrum infra æquinoctialem circulum secans, commissuras eorum obtinente, hinc Aquila, illinc Canicula ideo effectus vtriusque ad omnes frugiferas pertinet terras, quoniam in his tantum locis solis terræque centra congruunt. Igitur horum siderum diebus, si purus atque miris aer genitalem illum lacteumque succum transferit in terras, læta adolescunt sæta: si luna qua dictum est ratione roscidum frigus asperferit admixta amaritudo, vt in lacte puerperium necat. Modus in terris huius iniuria, quam fecit in quacunque conuexitate comitatus vtriusque causa, & ideo non pariter in toto orbe sentitur, vt nec dies. Aquilam diximus in Italia exoriri XIII. calend. Ianuarias: nec patitur ratio nature quicquam in satis ante eum diem spei esse ceræ. Si vero interlunium incidat, omnes hibernos fructus lædi necesse est. Rudis fuit priscorum vita, atque sine literis, non minus tamen ingeniosam fuisse in illis obseruationem apparebit, quàm nunc esse rationem. Tria namque tempora fructibus metuebant, propter quod instituerunt serias, diésque festos: Rubigalia, Floralia, Vinalia. Rubigalia Numa constituit anno regni sui XI. quæ nunc aguntur, ad VII. cal. Maij. quoniam tunc fere segetes rubigo occupat. Hoc tempus Varro determinat, Sole Tauri partem decimam obtinente, sicut tunc ferebat ratio: sed vera causa est, quod post dies XIX. ab æquinoctio verno, per id quadriduum variagentium obseruatione. In quarto calen. Maij Canis occidit, sidus & per se vehemens, & cui præoccidere Caniculam necesse sit idem itaque Floralia quarto cal. eiusdem instituerunt, vrbis anno, D. XVI. ex oraculis Sibyllæ, vt omnia bene deflorescerent. Hunc diem Varro determinat, Sole Tauri partem quartamdecimam obtinente. Ergo si in hoc quadriduum inciderit plenilunium, fruges & omnia quæ floreant lædi necesse erit. Vinalia priora quæ ante hos dies sunt, IX. calend. Mart. degustandis vinis instituta, nihil ad fructus attinent, nec quæ adhuc diximus, ad vites oleasque, quoniam earum conceptus exortu Vergiliarum incipit, ad sextum Idus Maij, vt docuimus. Aliud hoc quadriduum est, quod neque rore sordere velint. exhorrent enim frigidum sidus Arcturi postridie occidens, & multominus plenilunium incidere. Quarto nonas Iunias iterum Aquila exoritur vesperti, decretorio die florentibus oleis vitibusque, si plenilunium incidat in eum, equidem & solstitium octauo calend. Iunias in simili casu dixerim & Canis ortum post dies à solstitio XXIII. sed interlunio accidente, quoniam vapore constat culpa, acmiquæ præcoquantur in callum. Rursus plenilunium nocet ad quartum nonas Iulias, cum Aegypto Canicula exoritur, vel certe XVI. calend. Aug. cum Italia item quarto calend. Aug. cum Aquila occidit vsque in X. calend. eiusdem. Extra has causas sunt Vinalia altera quæ aguntur XIII. calend. Septemb. & Varro, à Fidicula incipiente occidere mane determinat: quod vult initium autumnus esse & hunc diem festum tempestatibus leniendis esse institutum. Nunc Fidiculam occidere sexto Idus Aug. obseruatur. Intra hæc constat caelestis sterilitas: neque negauerim posse eam permutari arbitrio legentium locorum æstimantium naturas, sed à nobis rationem esse demonstratam satis est: reliqua obseruatione cuiusque constabant. Alterutrum quidem fore in causa, hoc est plenilunium, aut interlunium, non erit dubium, & in hoc mirabilem admirari benignitatem Naturæ succurrere primum hanc iniuriam omnibus annis accidere non posse, propter statum siderum cursus, nec nisi paucis noctibus anni: idque quando sit futurum facile nosci, ac ne per omnes menses timeretur, earum quoque lege diuisum æstate interlunium, præter quam biduo secuta esse hieme plenilunia, neque nisi æstiuis breuissimisque noctibus metui non diebus item valere. Præterea tam facile intelligi, vt formica minimum animal interlunio quiescat, plenilunio & etiam noctibus operetur. Antè Patam oriente Sirio.

ipso die non apparere, donec occidat, & diuerso Virionem prodire ipso Solstitij die. Neutrum verò Luna statum noxium esse, ne noctibus quidem nisi serenis, & omni aura quiescent: quoniam neque in nube, neque in flatu cadunt rores: sic quoque non sine remedio. Sarmentum aut palearum ueruos, & euulsas herbas, fruticesque per vineas camposque cum timebis, incendio fumus medebitur: hic è paleis & contra nebulas auxiliatur, ubi nebula nocent. Quidam tres caneros viuos cremari iubent in arbuftis, ut carbunculi non noceant. Alij filuri carnem leuiter vri à vento, ut per totam vineam fumus dispergatur. Varro auctor est, quòd si Fidicula occasu, quod est initium autumnus, vna pica consecratur inter vites, minus nocere tempestates. Archibius ad Antiochum Syriæ regem scripsit, si fidicula nono obserata obruatur tubeta tanta in media segete, non esse noxias tempestates.

VERTICES extremos circa quos cæli sphaera voluitur, Polos nuncupauere, è quibus vnus est septentrionalis, qui boreus appellatur, qui nunquam occidit. Alter australis, qui terra obiectus à nobis nunquam videtur. Et austronotus dicitur, quam quidam dicunt esse Tethyn Oceani uxorem, nutricem Iunonis, quam fingitur in Oceano prohiberi occidere. Hac habet stellas, in capite septem non claras, in utraque aure duas in armis vnâ, in pectore clarâ vnâ in pede priori vnâ, in femore posteriori duas, in pede extremo posteriori duas, in cauda tres: Sunt omnes XX.

IN GERMANICI ARATO, ET IN EVM COMMENTARIIS OBSERVATIONES

PAG. 101. ARATI PHAENOMENA. Aldus hunc titulum libro fecit, FRAGMENTA Arati Phenomenon per Germanicum, in Latinum versum cum commento nuper in Sicilia reperto. Versuum & commentariorum auctorem agnoscit Germanicum, Lactantius, ut posthac dicitur. Iulius Firmicus non Germanicum, sed Iulium Cæsarem scriptorem facit, his verbis, lib. 11. Astronomicon: Sed nec aliquis pene Latinorum de hac arte Institutionis libros scripsit, nisi paucos versus Iulius Cæsar, & ipsos tamen de alieno opere mutauit. M. verò Tullius princeps ac decus Romana eloquentiæ, ne quid intentatum relinqueret, quod non fuisset diuinum eius ingenium asecutum, versibus Heroicis, etiam ipse de Institutione paucæ respondit.

IN his longitudo latitudinisque porrectus. Quidam emendant, Latitudoque, & Potrectus participium putant nihil mutandum censui, & Porrectus nomen arbitror, pro porrectione.

CANOPHORA. Vide num legendum sit, Anaphora.

102 VT Homerus, Alæus, Homero, quod cum sequentibus iungit.

IN Minio qui nuncius inscribitur. Vide num sit legendum, Qui γυναικῶς inscribitur, hoc enim nomine Athenæo Sophronis Mimi citantur.

DEI igitur aduersus delicta lenem esse, est. Ald. Deo legit, & Delicata. quidam adiecerunt, Proprium est.

AXIS at immotus. Alij, Axis stat, motus semper vestigia seruat. Exigua mutatione verum attigerimus, docti iudicent.

GEMINVS determinat axem. In alijs codicibus Geminus legitur, nullo sensu. Geminus, inquit, potius, quæstia dixere Graij, terminat axem. δύο πῶλο Aratus. Cic. Extrema ora & determinatio mundi.

SIVE Arcti, seu Romani. Alij, Romana cognominis Vrsa plaustrum, vel facies stellarum proxima vero.

103 QVOD fidei comites. Ald. habebat.

Quod fidei comites prima incunabula magni

Fuderunt Iouis attonitæ, cum furt a parentis.

DICTAEI exercent. Ald. Dictæa exercere domina. quod quidam correxere, Dictæa exercerent.

SEPTEM quàm Cresia flammis. Ald. Septem quæ Cresia flammis. Sensus est, Nulla stella magis micat in calo, quàm Helice septem flammis illustris.

HAS inter medias, abrupti fluminis instar. Viriose alij habent, Luminis. Aratus enim habet, ὅν ποταμὸν ἀπὸ ῥ' ὠξ.

104 DVAE sunt Arcti. Ald. Duo sunt arcturi quorum maiorem vocant, &c. & max, Alterutra quidem horum, quod in nostro codice scribendum fuit, Harum.

PORRO Arctus minor. Eodem errore Aldinus codex, Porro Arcturus minor. Notum est Arcturum Bootem appellari, non quas Latini Septentriones, Vrsas, seu Plaustrum appellant. quæ autem sequuntur verba, A Græcis Arctophylax, videntur abundare: aut legendum, A Græcis κυνόσουρα, quam lectionem verba proxime sequentia confirmant.

AGATHOSTHENES. Hunc eundem auctorem Hyginus, Aglaosthenem, alij Aglosthenem nunciant. quae eadem varietas & in Graecis legitur. Nam Agasthenes Athenaeo, Aglosthenes Iulio Polluci, Naxicorum scriptor citatur.

IN CRETAE oppido Hystoe. Sic etiam Hygini vetusti codices manu exarati habebant, cum in impressis sit, Hestia.

HVNC Phercydes dicit inter astra collocatum. Aldus habet genere feminino, Hanc collocatam: quod cum manifesto de Dracone, quem maximum supra dixi, intelligatur ferri non potuit.

HAVD procul effigies inde. Aldus corrupte, Efficiens, unde effigiem enim dicit quam Aratus ἠδωλον & versu sequenti, Non illi numen, cum ex Arato constet Nomen legendum esse. τὸ μὲν οὐ τις ὀπίσσω τοῦ ἀμφοδύν ἐπείν.

ET ICCIRCO inter astra à Ioue. Videtur legendum, Iupiter, ut sit, Et iccirco inter astra Iupiter hunc laborem memoria dignum fertur honorasse.

SVNT omnes viginti quatuor. Viginti dua hic tantum enumerantur. Si ex Hygino addas, In utroque latere singulas, XXIIII. habebis.

TERGA nitens stellis. Aldus hunc & consequentem versum Corona affixerat, itaque scripserat.

Terga nit et stellis, à quo se vertice tollit
Succiduis genibus lapsus & miserabile.

Ad quam si dorso. Ald.

Ad quem se dorso pervadit lubricus anguens.

QVI cum medicine arte vteretur. Ab Aldino codice abest particula, Cum posset quo abesse, si ita locus interpungeretur, Aesculapius filius Apollinis, qui medicina arte vteretur. Mortuos fertur suscitasse: quamobrem iratus in eum. quod mox sequitur, Iupiter domum eius cum ipso fulminis ictu percussit, Aldus cuderat, Iouis, domum eius cum ipso fulminis ictu percussit. Ita verò saepius in his commentarijs Iouis pro Iupiter scriptum reperi, quod non mutassem, ut esset rectus casus, nisi alij plures loci Iupiter habuissent. Mendum fecit fortassis nota adscriptio, qua astrologi Iovem significant: quam imperitus libtarius pro ratione orationis explicare non potuerit.

SVNT omnes XVII. Ald. XXVII.

BACVLOQUE minatus. Aldus, Minatur.

SEV genus Astraei. Aldus hos duos versus ita cudit,
Siue illi astra genus fuerit, quem fama parentem
Tradidit Astrorum, se vero intercipit auro.

NEC dedignata subire. Ald. Designata.

DISCORDIA nota. Alia lectio, Discordia nata. Vide Lactant. lib. 5. de Iustitia cap. 5. Vbi hunc locum Germanici citat.

NAV E petebat diuitias, fructusque. Aldina editio habet, Naue petebant diuitias fructusque.

RARIVS inuasis. Inuasit, scripsit Aldus.

INCREPAT, Opacrum soboles. Aldus habet.

Increpito partum soboles oblit a priorum.

Degeneres habuit semperque habitura minores.

ARTIBVS indomitis tradens. Tradant, Aldus. & versu sequenti, vbi est, Super montes, habebat ille, Super monitus.

VATIBVS ignota. Aldus legit, Ignotis.

SED postquam diminuti homines à quietate quieverunt. Vide num sit legendum, ab equitate: vel, a pietate.

AT capiti suberunt Gemini. Aldinus codex habet, Ancipitis suberit gemini quae posterior pes. posteriora verba, Quae posterior pes, ut ad Leonem referrem Arati verba fecerunt, itaque cuderem ut nunc habes.

ALTER qui Propus appellatur. Aldinus codex habet, Alter qui tripus, & mox. Quae vocatur propus. Ex Hygino correxi, cuius verba sunt cum geminorum stellas enumerat: In pedibus utrisque singulas, & infra sinistram pedem unam quae ἡγοπρις appellatur.

SVNT in hoc signo alia stella quae Graeci ὄνοις dicunt. Graecum verbum ὄνοις, Aldinus codex non habet.

AD occursum Dodonae Iouis. Aldus, Ad occasum.

VNA putatur. Lactant. lib. 1. De falsa religione. Ipsam autem, inquit, Cretici Iouis sacra, quid aliud quam quomodo sit aut subtractum patri, aut nutritum, ostendunt? Capella est Amalthea nympha, quae ubi-ribus suis aluit infantem: de qua Germanicus Caesar in Arateo carmine sic ait, - Illa putatur

*Nutrix esse Iouis, si vere Iupiter in fatis
Vbera Cretae mulxer fidissima capra,
Sidere quae claro gressum testatur alumnus.*

QVEM Iupiter miratur. Ald. Quem Iouis miratus, de qua emendatione supra.

110 *QVEM Iupiter Sidonem misit. Aldus, Quem Iouis.*

111 *CLARA etiam pernox. Aldus. Pernix.*

VT traderetur Ceto. Ald. Cetri, & mox itidem bis, ut inflexionis quartae nomen sit.

112 *ALVO, Fulget equus. Aldus scripserat, Albo, corrupte. Aratus enim habet, γαυρί τεταλέ.*

QVIDAM pro eo quod Iupiter. Aldus, Iouis.

INQVE ouem conuertit. Aldus, Inque Iouem conuertit.

113 *HINC Aries. Ald. Hunc Aries. iridem de piscibus, Hunc ultra gemini pisces.*

NODVM stella premit. Aldinus codex legit,

Nondum stella premit piscis qui respicit auras,

Threicia dextram Andromeda cernuntur ad vnam.

ATQVE ita columbam. Aldus, Atque ita Cobam.

MAXIMAEQVAE. Aldus, Maximéque. itaque citat Gyraldus de Dijs gentium lib. 1.

114 *QVAM pater à Ioue ut viriatam cognouit. Alij, Vt, non habent.*

ACCEPTIS à Mercurio talaribus. In alijs libris est. Accepta à Mercurio talaria.

ALCONE, ex qua Herus. Sic & Aldus: legendum autem, ex qua Hyreus, ex Apollodori Bibliotheca.

CONTRA spectat autem. Tres hi versus in alijs codicibus cum superioribus de Lyra coniuncti erant, qui mihi ad Cycnum pertinere visi sunt.

HAVD medijs fulgoris. Aldinus codex & Germanicus,

Aut medijs fulgoris erunt penna utraque lata

EVOLAUERIT in ramum Atticae regionis. Sic uterque codex ille. Arbitror autem legendum, Rhannum, qui pagus est Atticae regionis, à quo & Nemesis Rhamnusia dicta est.

ET cum terrores augeat nox atra. Ald. Mox atra, vitiose: ut & versu sequenti, pro Aspectu auctis, Aspectu auctis.

116 *QVOD Dicolon. In alijs libris ita quoque scriptum est. Arbitror autem legendum, Quod Cechlon inuenisset in mari. ait enim Hyginus de hoc eodem Capricorno, Hic etiam dicitur, cum Iupiter Titanas oppugnaret, primus obiecit hostibus timorem, qui Panicos appellatur, ut ait Eratosthenes: hac etiam de causa eius inferiorem partem piscis esse formationem, quod muricibus, id est maritimis conchylijs, hostes sit iaculatus pro lapidum iactatione. Vide & Miscellan. Politiani cap. XXVIII. ubi & hos commentarios Germanici agnoscit.*

QVO tempore Typhon. Alij codices pro hoc nomine per totam hanc fabulam Phytionis nomen habent.

COLVNTQVE Aegyptij, & cum venit, Typhoni. Aldina lectio est, Coluntque Aegyptij, & conuenit Phytioni neminem deorum aduersari sibi unum vacuum cognouit dominantibus.

117 *EVPHEMES musarum nutricis. Alij codices Eufchemis. Hyginus Euphemes legit.*

AGLAOSTHENES dicit Iouem. Hunc locum Lactan. lib. 1. de falsa Religione, sub Caesaris nomine profert his verbis: Nec hic tantum sacrificasse Iupiter inuenitur. Caesar quoque in Arato refert Aglaosthenem dicere Iouem cum ex insula Naxo aduersus Titanas proficisceretur, & sacrificium faceret in litore, aquilam ei in auspiciis aduolasse: quam victor bono omine acceptam tutela sua subiugarit. Lilius Gyrardus scribit de Dijs gentium lib. VII. hac in Aratum Latina commentaria sic enim appellat in Bassum à quibusdam referri.

118 *TELA, caput, magnisque humeris. Orationis consequentia postulat, Magnosque humeros.*

ARISTHOMACHVS autem dicit Erytrea quenda. Aldinus & Germanicus codex habet, Caubrisam. Ex Hygino Erythrea substitui.

AD quem Iupiter, Mercurius. Ald. Ad quem Iouis, eodem errore quo supra.

QVIDAM autem dicunt Vriionem Merbymnaum. Sic habent codices omnes. Arbitror autem Arionem legendum cuius hanc historiam isdem prope verbis Herodotus lib. 1. scribit. quod si verum est, ut verum est, postea pro Orion Arion, & pro Orione & Orionem, Arione & Arionem legendum est.

REX Corinthiorum Pyranthus nomine. Puto legendum Perianthus nomine, ut etiam in tota hac historia. sic enim habet Herodotus quod autem Perianthus pro Perianther veteres dixerint, ex multis Hygini & huius auctoribus constat.

119 **APVD** Musæum Bistoniorum regem. In Hygini fabulâ, Byrsæus dicitur.

ICARIVS. Ald. & Germanicus codex, Icarus. Græci scriptores omnes Icarium appellant. Latini variant. nam & Tibullus hunc eundem Icarum appellat. ait enim lib. IIII.

- & cunctis Baccho incundior hospes

Icarus, ut puto testantur sidera cælo,

Erigonêque, Canis que, neget ne longius et as. quod idem apud Ovidium reperitur aliquoties.

M A E R A nomine. Alij codices, Neæa. Nostra lectio cum Aeliano consentit & cum Hygino.

120 **LEPVVS** sub pedibus Antecanis. Aldus & alij, Anticanis. Ciceroni ἄποκρυον Antecanis vertitur.

IN insula Ler. Aldus, Hiero.

PERVIVM nautis ingenio fecit. Alij, Nautis ingenio. Si Nautis non placet, lege Nautali.

121 **AVSTER** pistris agens. In alijs codicibus est, Agit.

HVIC Cero. Alij, Cerui, de quo antea etiam dixi.

PROCVL à motis. Alias, Amotis.

MEROPE, Helæ. In Hygini fabulis his nominibus nuncupantur. Merope, Helæ, Aegle, Lampetie, Phæbe, Aetheria, Dioxippe.

ID quoque monens. Apud Hyginum est, Moriens.

122 **ANTE** Sagittiferi multum pernicia. Alij nullum pernicia.

THVRIBVLVM. Alij, Thuribulo. & versu sequenti, præcipit i tactu. item versu ab hoc octavo, Erigat emittantque latus.

SACRARIVM. Alij vitiose, Sactarius qui & Pharum dicitur.

SI tenuem traxit nubem. Alij codices, Sic tenuem.

123 **FIVNT** omnes XXXII. Ex Hygino legendum est, XXIII. quod etiam confirmat numerus qui mox sequitur. advertendum quoque pro eo quod hic est, In dextro cubito vnam, Hyginum habere, In sinistro. & mox ubi est, In spinæ duas, Hygini codicem habere, In interscapilio quatuor: ut plenum habeas numerum stellarum viginti quatuor.

CVM vidisset arbores. Alij inusuli repetitione habent, Qui cum vidisset arbores.

SVNT omnes sex. Legendum, Septem, ut & Hyginus habet, & summa postulat.

127 **HORRIDVS** at gelidos. Alij codices, ad gelidos.

CONSPECTV signa Leonis. aldinus codex, Conspecta.

124 **CONTINIVOSQVE** ruit. alias, Continuisque.

126 **HVNC** etiam Græci. apud Fulgentium Mythologiarum lib. I. hæc verba & quæ tota reliqua pagina continet, reperi: siue illinc huc inter Germanici verba sint adiecta: siue hinc ille in usum suum descripserit. Ex collatione autem ista, ita locum qui mox sequitur corrigendum arbitror. habet autem in hunc modum, Huic quoque illam ob causam &c. sic igitur emenda, Huic quoque quadrigam adscribunt, illam ob causam, &c. aut quod quadripartito (quadrisido Fulgentius habet) limite diei metiatur spacium: unde & ipsius, equis &c. alia varietates sunt, quas è libris Fulgentij petas licet.

ERTHRAEVS. AETHON. Alij codices, Actæon, & mox quoque, itemque apud Fulgentium. Ve pro Actæon, Aethon scripserim, fecerunt præter interpretationem vocabuli, versus Ovidiani, II. Metamorph.

Interea volucres, Pyrois. Eous & Aethon,

Solis equi. & Martialis,

Quid cupidum Titæa tenes? iam Xanthus & Aethon

Frena volunt. Nam qui hic Erythreus, Martialis Xanthus: qui Philogeus, Ovidio Eous: qui Lampros. Pyrois nuncupatur.

127 **QVO** & animalia vigeſcunt. In Aldino codice est, Rugeſcunt: in Germanico, Rigeſcunt.

LVN A M voluerunt. Est & hic locustotus apud eundem Fulgentium lib. II. cuius ope non pauca hic emendata sunt.

DETRIMENTA eius & augmenta. Posterior pars deest in aldinio codice & in Germanico,

IPSA M Dianam Ortam nemoribus voluit. Aldus, Dictam: apud Fulgentium scribitur. Ortis ipsam etiam Dianam nemoribus, ut neutra lectio probari potuerit, veram monstrare potuerit.

PLVS nocte quam die dormiat. In Fulgentij libro est, Plus nocte pascatur, dieque dormiat.

QVI A nocturni rotis humor. Fulgentius habet, Quia nocturni rotis humor, quem ἀπορῶν fide ruit atque ipsius Luce animandis herbarum succis insudat, pastoralibus profit successibus.

A BRVM A in fauoniu. Quæ sequuntur ferè omnia apud Plinium reperiuntur lib. XVIII. matris bisfo. unde & multa hic corrigenda deprehendi. Nam primum præpositio A, hic deest

128 ET postero exoritur. Plinius addit, Die.

QVANDO Sagitta. Plinius, Quo Aegypto Sagitta.

ITEM quinto idus Ianuarias. Plin. Ad VI. Idus Ianuarij eisdem Delphini vespertino occasu continui dies hiemant Italia.

XVIII. cal. Febr. Plinius, XVI.

A Favonio in Aequinoctium. Plinius addit, Vernal.

III. cal. Mart. quatrimum. Plin. XVII. cal. Martij triduum.

ITEM nonas Martij. Plinius, III. nonas Martij.

AQVILONIS Piscis. Plin. Aquilonij.

IDIBVS Martijs. Plin. Cesar & Idus Martias ferale sibi annotavit. Scorpionis occasu. XV. verò cal. Aprilis Italia miluum ostendi.

AB eo ad Vergiliarum exortum matutinum Cesari significant. Plin. Addit cal. Aprilis.

ITEM post pridie. Plin. Eadem postridie in Bæotia: Cesari autem & Chaldeis nonis: Aegypto Orion, &c.

XIII. cal. Plin. Habet præterea, Aegypto.

CAESARI XV. Plin. XV. Cesari, continuoque triduo significat.

SIDVS parilicium. Ex Plinio legendum est, Palilicium.

CLARITATEM observationis. Longe aliter Plinius, huncque in modum, Claritatem observationi dedit, nimborum argumento, hyadas appellantes Græci has stellas, quod nostri à similitudine cognominis Græci, propter sues impositum arbitantes, imperitia appellauere Suculas.

NOTANTVR dies. Plinius in numero unitatis, Notatur dies.

POST pridie Idus. Plin. Postridie. nec addit, Idus Mai.

ASSYRIIS aquila oritur. Plin. insuper habet, Cesari & Assyrijs.

VII. Idus Iunias. Plin. VIII. Idus Arcturus matutino occidit, Italia sexto & III. Idus, Delphinus vespere exoritur. XVII. cal. Iulij gladius Orionis, quod Aegypto post quatrimum XI. cal. eiusdem Orionis, &c.

NISI Canicula, quam. Plin. Nisi caniculam hanc velimus intelligi, hoc est minorem canem: sanè ut in astris pingitur. nam quod sequitur. Est autem magnopere pertinens, corruptum videtur in Plinij codicibus, itaque ut Germanicus habet, corrigendum.

III. non. Iulias Chaldeis. Plin. III. non.

XV. cal. Augustas. Plin. XVI. cal. Assyria Procyon exoritur. Dein postridie ferè ubique confesum inter omnes sidus iudicans, quod canis ortum vocamus, Sole partem primam Leonis ingresso. Hoc fit post solstitium XXIII. die.

XVI. cal. August. Plin. XVIII.

INCHOAT, aut annotat. Plin. Inchoat, uti is adnotat: sed ut vera ratio id fieri inuenit, sexto Idus eiusdem.

QVÆ Aufeindemiator. Plin. Vindemiator, ut & mox.

AGNI colore mutati. Legendum ex Plinio, Acini.

PER Arctu. Lege, Per Arcturum. Eius signi ortum seruat hirundinis abitus. Plin. habet, Signum orientis eius fideris seruetur hirundinum abitus.

XI. cal. Octob. commissura piscium. Plin. XI. cal. Cesari commissura piscium occidens, ipsumque equinoctij sidus, &c.

III. cal. Octob. Plin. III. calend.

V. Nonas Octob. Heniobus. Plin. Asia & Cesari V. calend. Heniobus.

III. nonas Octob. Plin. Tertio calen. Cesari corona exoriri incipit, & postridie occidunt.

VERGILIAE vespere exoriantur. Plin. Vergiliae vespere. Idibus corona tota. Sexto calen Nouemb.

129 OCCASVM matutinum Vergiliarum Hestodes. Locus hic deprauatissimus, hunc in modum mihi restituendus ex Plinio videtur, Occasum matutinum Vergiliarum Hestodus (nam huius quoque nomine extat astrologia) tradidit fieri, cum aequinoctium autumnum conficeretur: Thales, XXV. die ab aequinoctio: Anaximander, XXIX. Euctemon, XLVIII. nos autem sequentes, &c.

ANTE Omnia autem duo esse nomina. Est & hic locus apud Plin. eodem lib.

DVO esse nomina. Plin. Duo genera esse.

QVÆ cum plenilunio acciderint. Plin. non habet, Plenilunio. sic enim legit, Quæ cum acciderint, vis maior appellatur.

NISI cum facta sunt. Hæc in hunc modum interpungenda sunt ex Plinio, Nisi cum facta sunt. Publica hæc & magna sunt differentia.

ALIIS caliginem impellentibus. Plin. Alijs carbunculum appellantibus.

NANQUE Vergilia primatum tenent ad fructus. Plin. Nanque Vergilia priuatim attinent ad fructus, ut quarum exortu aestas incipiat occasu hiems, semestri spacio intra se menses, vindemiaeque & omnium maturitatem complexa.

129 *SOLIS CENTRVM. Plin. Solis centro bis æquinoctialem, &c.*

OMNES hibernos fructus. Addit Plinius, Et pracoces.

IX. cal. Mart. Plin. IX. calend. Maij.

OCTAVO cal. Iunias. Plin. VIII. cal. Iulij.

ITEM quarto cal. Augu. Plin. XIII.

BENIGNITATEM Natura succurrit iam: primum. Plin. Natura succurrit: iam primum.

AVEM param. Plin. Parram & mox, Vireonem.

VNA pica. Plin. Vuacilla.

DESCRIBEBAT, AC TYPIS MANDABAT THEODORVS GRAM-
NAEVS COLONIAE AGRIPPINAE M. D. LXIX
CALEND. FEBRVARII.



M. T. CICERONIS ARATVS.
PHAENOMENA.



BIOVE mufarum primordia.

*

Ergo vt oculis aſidue videmus, ſine vlla mutatione aut varietate.

3 Cætera labuntur celeri cæleſtia motu,
Cum cælóque ſimul noctésque diésque feruntur.

*

4 Extremúſque adeo duplici de cardine vertex
Dicitur eſſe Polus.

Hunc circum Arcti due feruntur, nunquam occidentes:

Ex his altera apud Graios Gynofura vocatur,
Alterá dicitur eſſe Helice.

6 Cuius quidem clariffimas ſtellas totis noctibus cernimus,
Quas noſtri Septem ſoliti vocitare triones.

Paribúſque ſtellis ſimiliter diſtinctis, eundem cæli verticem luſtrat parua Cynofura.

Hac fidunt duce nocturna Phœnices in alto.

Sed prior illa, magis ſtellis diſtincta refulget,

Et late prima conſeſtim à nocte videtur.

Hæc verò, parua eſt, ſed nautis vſus in hac eſt:

Nam curſu interiori breui conuertitur orbe.

Et quo ſit earum ſtellarum admirabilior aſpectus.

7 Haſ inter, veluti rapido cum gurgite flumen
Toruus Draco ſerpit ſubter ſuperáque reuoluens
Seſe, conficiénsque ſinus è corpore flexos.

Eius cum totius eſt praeclara ſpecies, in primis ſuſpicienda eſt figura capiti atque ardor oculorum.

Huic non vna modo caput ornans ſtella relucet,

Verum tempora ſunt duplici fulgore notata,

E trucibúſque oculis duo feruida lumina flagrant,

Atque vno mentum radianti fidere lucet:

Oſtipum caput & teriti ceruice reflexum

Obrutum in cauda maioris figere dicas.

Et reliquum quidem corpus Draconis totis noctibus cernimus.

Quod caput hic paulum ſeſe ſubitóque recondit,

Ortus vbi atque obitus partem miſcentur in vnam.

Id autem caput

Attingens deſeſſa velut mœrentis imago.

Vertitur

Ερύων vocitant, genibus quod nixa feratur.

8 Hic illa eximia poſita eſt fulgore corona.

quam quidem Graeci

Atque

Atque hac quidem à tergo

9 * propter, caput Anguitenentis
 Quem claro perhibent ὀφιοδχον nomine Graij.
 Huic supèra duplices humeros affixa videtur
 Stella micans tali specie, talique nitore.
 Hic pressu duplici palmarum continet Anguem
 Eius & ipse manet religatus corpore toto.
 Nanque virum medium Serpens sub pectora cingit
 Ille tamen nitens grauitèr vestigia ponit;
 Atque oculos vrget pedibus pectusque Nepai.

Septentriones autem sequitur

10 Arctophylax vulgo qui dicitur esse Bootes,
 Quòd quasi temone adiunctam præ se quatit Arcton.

Huic Booti enim

* Subter præcordia fixa tenetur
 Stella micans radijs, Arcturus nomine claro.

*11 * Cui subiecta fertur*

Spicum illustre tenens splendenti corpore Virgo.

Malebant tenui contenti viuere cultu.

Ferreatum verò proles exorta repente est:
 Ausaque funestum prima est fabricarier ensena,
 Et gustare manu victum domitumque iuuentum.

13 Et natos Geminos inuises sub caput Arcti
 Subiectus mediæ est Cancer: pedibusque tenetur
 Magnus leo tremulam quatiens è corpore flammã.

Nauibus assumptis fluitantia quærere aplustra

14 Auriga

Sub leua geminorum obductus parte feretur,
 Aduersum caput huic Helice truculenta tuetur.
 At Capra læuum humerum clara obtinet.
 Verum hæc est magno atqui illustri prædita signo.
 Contrà, hædi exiguum iaciunt mortalibus ignem.

15 Cuius sub pedibus

Corniger est valido connixus corpore Taurus.

** Eius caput stellis conspersum est frequentibus:*

Has Græci stellas ὠάδας vocitare suerunt.

*16 * Minorem autem Septentrionem Cepheus passus palmis à tergo subsequitur.*

Nanque ipsum ad tergum Cynosuræ vertitur arcti.

*17 * Hunc antecedit*

Obscura specie stellarum Cassiopeia.

18 Hanc autem illustri versatur corpore propter
Andromeda, aufugiens aspectum mœsta parentis.

19 Huic Equus ille iubam quatiens fulgore micanti
Summa contingit caput aluo, stellâque iungens
Vna tenet duplices communi lumine formas,
Aeternum ex astris cupiens connectere nodum.

*

20 Ex in contortis Aries cum cornibus hæret.

*

Equibus hinc subter possis cognoscere fultum.
Iam cœli mediam partem terit, vt prius illæ
Chelæ, cum pectus quod cernitur Orionis.

21 Et prope conspicias paruum sub pectore claro
Andromedæ signum, ΔΕΛΤΩΤΟΝ dicere Graij
Quod soliti, simili quia forma littera claret.

Huic spacio ductum simili latus extat vtrunque,
At non tertia pars lateris, nam non minor illis,
Sed stellis longe densis præclara relucet.

Inferior paulo est Aries, & flamen ad austri

22 Inclinator. Atque etiam vehementius illi
Pisces, quorum alter paulo prolabitur ante,
Et magis horrifonis Aquilonis tangitur alis.
At quæ horum è caudis duplices velut esse catenæ
Dicuntur, sua diuersæ per limina serpunt,
Atque vna tandem in stella communiter hærent,
Quem veteres soliti cœlestem dicere Nodum.

Andromedæ læuo ex humero si quæfere perges,
Adpositum poteris supera cognoscere piscem.

23 E pedibus natum summo Ioue Persea vides,
Quos humeris retinet defixo corpore Perseus,
Quà summa ab regione Aquilonis flamina pulsan.

Hic dextram ad sedes intendit Cassiopeiæ,
Diuersosque pedes victos talaribus aptis,
Puluerulentus vtide terra lapsus repente,
In cœlum victor magnum sub culmina portat.

24 At propter leuum genus omni ex parte locatas
Paruas Vergilias tenui cum luce videbis.

Hæ septem vulgo perhibentur more vetusto
Stellæ, cernuntur verò sex vndique paræ:
At non interijisse putari conuenit vnam,
Sed frustra temerè à vulgo ratione sine vlla
Septem dicier, vt veteres statuere poetæ,
Acterno cunctas æuo qui nomine dignant.

Alcyone,

Alcyone, Meropéque, Celeno, Taygetéque,
 Electra, Steropéque, simul sanctissima Maia.
 Hæc tenues paruo labentes lumine lucent,
 At magnum nomen signi clarúmque vocatur,
 Propterea quòd ad æstatis primordia claret,
 Et post hiberni præpandens temporis ortus,
 Admonet vt mandent mortales semina terris.
 35 Inde Fides leuiter posita & conuexa videtur,
 Mercurius paruis manibus quam dicitur olim
 Infirmis fabricatus, in alta sede locasse.
 Hæc genus ad læuum Nisi delapsa resedit,
 Atque inter flexum genus & caput Alitis hæsit.
 26 Nanque est Ales auis, lato sub tegmine cœli
 Quæ volat, & serpens geminis secatur aëra pennis.
 Altera pars huic obscura est & luminis expers,
 Altera nec paruis nec claris lucibus ardet,
 Sed mediocre iacit quatiens è corpore lumen.
 Hæc dextram Cephei dextro pede pelleret palmam
 Gestit. iam verò clinata est vngula vehemens
 Fortis Equi, propter pennati corporis alam.
 27 Ipse autem labens geminis Equus ille tenetur
 Piscibus. huic ceruix dextramulcetur Aquari.
 *Sirius hæc obitus terrarum iussit equinis,
 Quàm gelidum valido de corpore frigus anhelans
 Corpore semifero magno Capricornus in orbe
 Quem cum perpetuo vestiuit lumine Titan,
 Brumali flectens contorquet tempore cursum,
 Hoc caue te ponto studias committere mense:
 Nam non longinquum spatium labere diurnum:
 Non hiberna cito voluetur curriculo nox:
 Humida non sese vestris aurora querelis
 Ocyus ostendet, clari prænuncia solis:
 At validis æquor pulsabit viribus auster:
 Tum fixum tremulo quatietur frigore corpus:
 Sed tamen anni iam labuntur tempore toto,
 Nec cui signorum cedunt, neque flamina vitant,
 Nec metuunt canos minitanti murmure fluctus.
 28 Atque etiam supero naui pelagóque vagato,
 Mense, Sagittipotens solis tum sustinet orbem.
 Nam iam, cum minus exiguo lux tempore præsto est,
 Hoc signum veniens poterunt prænoscere nautæ.
 Iam prope præcipiti ante licebit visere nocti,
 Vt sese ostendens emergat Scorpius alte.

Posteriore trahens flexum vi corporis Arcum.
 Iam superà cernes Arcti caput esse minoris,
 Et magis erectum ad summum versarier orbem.
 Tum sese Orion toto iam corpore condit
 Extrema propè nocte, & Cepheus conditur ante
 Lumborum tenuis à palma depulsus ad vndas,
 Hic missore vacans, fulgens iacet vna sagitta,
 Quam propter nitens penna conuoluitur ales,
 Et clinata magis paulo est Aquilonis ad auras.
 29 Ad propter se Aquila ardenti cū corpore portat,
 Igniferum mulgens tremebundis æthera penis,
 Non nimis ingenti cum corpore, sed graue mœstis
 Ostendit nautis perturbans æquora signum.
 30 Tum magni curuus Capricorni corpora propter
 Delphinus iacet, haud nimio lustratus nitore,
 Præter quadruplices stellas in fronte locatas,
 Quas interuallum binas determinat vnum:
 Cætera pars latè tenui cum lumine serpit.
 Illæ quæ fulgent luces ex ore corusco,
 Sunt inter partes gelidas aquilone locatæ,
 Atque inter spacium & læti vestigia solis.
 At pars inferior Delphini fusca videtur
 Inter solis iter, simul inter flamina venti,
 Viribus erumpit quæ summi spiritus Austri.
 31 Exinde Orion obliquo corpore nitens,
 Inferiora tenet truculenti corpora Tauri.
 Quem qui suspiciet in cœlum nocte serena,
 Latè dispersum non viderit, abdita verò
 Cætera se speret cognoscere signa potesse.
 32 Nanque pedes subter, rutilo cum lumine claret
 Feruidus ille Canis, stellarum luce refulgens.
 Hunc tegit obscurus subter præcordia vesper.
 Nectoto spirans rabido de corpore flammam,
 Aestiferos validis erumpit flatibus ignes:
 Totus ab ore micans iacitur mortalibus ardor.
 Hic vbi se pariter cum sole in culmina cœli
 Extulit, haud patitur foliorum tegmine frustra
 Suspensos animos arbuta ornata tenere.
 Nam quorum stirpes tellus amplexa prehendit,
 Hæc augens anima vitali flamine mulcet:
 At quorum nequeunt radices findere terras,
 Denudat folijs ramos, & cortice truneos.
 33 Hunc propter, subterq; pedes quos diximus ante,

Oriona,

Oriona, iacet leuipès Lepus: hic fugit, ictus
 Horrificos metuens rostri tremebundus acuti:
 Nam Canis infesto sequitur vestigia cursu,
 Præcipitantem agitans, oriens iam denique paulum
 Curriculum nunquam defesso corpore sedans.

43 At Canis ad caudam serpens prolabitur Argo,
 Conuersam præ se portans cum lumine puppim:
 Non aliæ aues vt in alto ponere proras

Ante solent, rostro Neptunia prata secantes,
 Sed conuersa retro cœli semper loca portat,
 Sicut cum cœptant tutos constringere portus,
 Obuertunt nauem magno cum pondere nautæ,
 Aduersamq; trahunt optata ad littora puppim:
 Sic conuersa vetus super æthera vertitur Argo,
 Atque vsque à prora ad celsum sine lumine malum,
 A malo ad puppim cum lumine clara videtur,
 Inde gubernaculum disperfo lumine fulgens,
 Clari posteriora Canis vestigia condit.

35 Exin semotam procul in tutoque locatam
 Andromedam, tamen explorans fera quæscere Pistrix
 Pergit, & vsque sitam validas aquilonis ad auras
 Cærulea vestigat, finita in partibus austru.

Hanc Aries tegit, & squammosi corpore Pisces,
 Fluminis illustris tangentem corpore ripas.

36 Nanque etiam Eridanum cernes in parte locatū
 Cœli, funestum magni cum viribus amnem,
 Quem lachrimis mœstæ Phaetontis sæpe sorores
 Sparserunt, letum mœrenti voce canentes.

Hunc Orionis sub læua cernere planta
 Serpentem poteris: procerâque Vincla videbis
 Quæ retinent Pisces, caudarum parte locata,
 Flumine mixta retro ad Pistricis terga reuerti.

Hic vna stella nectuntur, quam iacit ex se
 Pistrix è spina valida cum luce refulgens.

Exinde exiguae tenui cum lumine multæ
 Inter Pistricem fusæ sparsæque videntur

Atque gubernaculum stellæ, quas contegit omneis
 Formidans acrem morsum Lepus. his neque nomen,
 Nec formam veteres certam statuisse videntur.

Nam quæ sideribus clavis Natura poliuuit,
 Et vario pinxit distinguens lumine formas,
 Hæc ille astrorum custos ratione notauit,
 Signaque signauit cœlestia nomine vero:

Has autem quæ sunt paruo sub culmine fusæ,
 Consimili specie stellas parilique nitore,
 Non potuit nobis nota clarare figura.

37 Exinde, Australem soliti quem dicere Piscem,
 Voluitur inferior Capricorno versus ad austrum,
 Pistricem obseruans, procul illis piscibus hærens:
 At prope conspicias, experteis nominis omnes,
 Inter Pistricem, & Piscem quem diximus Austri,
 Stellas sub pedibus stratas radiantis Aquari.

Propter Aquarius obscurum dextra rigat amnem,
 Exiguo qui stellarum candore nitescit.

E multis tamen his duo latè lumina fulgent.

Vnum sub magni pedibus cernetur Aquari:

Quod superest, gelido delapsum lumine fontis,
 Spumiferâ subter caudam Pis tricis adhæsit.

Hæ tenuous stellæ perhibentur nomine Aquai.

Hic aliæ volitant paruo cum lumine claræ,

Atque priora pedum subeunt vestigia magni

Arcitenentis, & obscuræ sine nomine condunt.

38 Inde Nepæ cernes propter fulgentis acumen,

Aram, quam flatu permulcet spiritus austri,

Exiguo superûm quæ lumina tempore tranat:

Nam procul Arcturo est aduersa parte locata.

Arcturo magnum spacium superâ dedit, orbem

Iuppiter hunc paruum inferiori in parte locauit.

Hæc tamen æterno inuisens loca curriculo Nox,

Signa dedit nautis, cuncti quæ noscere poscent,

Commiserans hominum metuendos vndiq; casus.

Nam cum fulgentem cernes sine nubibus atris

Aram sub media cœli regione locatam,

A summa parte obscura caligine tectam,

Tum validis fugito deuittans viribus austrum.

Quem si prospiciens vitaueris, omnia caute

Armamenta locans, tuto labere per vndas:

Sin grauis inciderit vehementi flamine ventus,

Perfringet celsos defixo robore malos:

Vt res nulla feras possit mulcere procellas,

Ni parte ex aquilonis opacam pellere nubem

Cœperit, & subitis auris diduxerit Ara.

Sin humeros medio in cœlo Centaurus habebit,

Ipsæque cærulea contactus nube feretur,

Atque Aram tenui caligans vestiet vmbra,

Ad signorum obitum vis est metuenda fauoni.

39 Ille autem Centaurus in alta sede locatus,
 Qua sese clarum collucens Scorpius infert,
 Hac subter, partem præportans ipse virilem,
 Cedit, equi partes properans coniungere Chelis.
 Hic dextram porgens, quadrupes qua vasta tenetur,
 Quam nemo certo donavit nomine Graiûm,
 Tendit, & illustrem truculentus cedit ad Aram.
 40 Hic sese infernis de partibus erigit Hydra,
 Præcipiti lapsu flexo cum corpore serpens.
 Hæc caput atque oculos torquens ad terga Nepai,
 Conuexoque sinu subiens infetna Leonis,
 Centaurum leni contingit lubrica cauda.
 In medióque sinu fulgens Cratera relucet:
 Extremum nitens plumato corpore Coruus,
 41 Rostro tundit. Et hic, Geminis est ille sub ipsis
 Ante canem, Graio Procyon qui nomine fertur.
 Hæc sunt quæ visens nocturno tempore signa,
 Legitimo cernes cœlum lustrantia cursu.
 42 Nam quæ per bis sex Signorum labier orbes
 Quinque solent stellæ, simili ratione notari
 Non possunt: quia quæ faciunt vestigia cursu,
 Non eodem semper spacio portata teruntur.
 Sic malunt errare vagæ per nubila cœli,
 Atque suos vario motu metirier orbes.
 Hæc faciunt magnos longinqui temporis annos:
 Cum redeunt ad idem cœli sub tegmine signum.
 Quorum ego nunc nequeo totos euoluere cursus:
 Verum hæc quæ semper certo voluntur in orbe
 Fixa simul magnos edam * gentibus orbes.
 43 Quatuor æterno lustrantes lumine mundum,
 Orbes stelligeri portantes signa feruntur,
 Amplexi terra cœli sub tegmine fulti,
 Equibus annorum volitantia lumina nosces,
 Quæ densis distincta licebit cernere signis:
 Tum multos orbes magno cum lumine latos
 Vinctos inter se, & nodis cælestibus aptos:
 Atque pari spacio duo cernes esse duobus.
 44 Nam si nocturno cognoscens tempore cœlû,
 Cum neque caligans deterfit sidera nubes,
 Nec pleno stellas superavit lumina Luna,
 Vidisti magnum cadentem serpere Circum,
 Læteus hic nimio fulgens candore notatur.
 Hic non perpetuum detexens conficit orbem,

Sed spacio multum superis præstare duobus
Dicitur, & latè cœli lustrare cauernas.

45 Quorum alter tangēs aquilonis vertitur auras
Ora petens Geminorum: illustratum genus ardens
In sese retines Aurigæ portat vtrunque.
Hunc fura læua Perseus humeroque sinistro
Tangit. ad Audromedam hic dextra de parte tenetur
Imponitque pedes duplices Equus, & simul ales
Ponit Aus caput, & clinato corpore tergum:
Anguitenens humeris connititur: illa recedens.
Austrum consequitur deuitans corpore Virgo,
At verò totum spacium conuestit & orbis
Magnus Leo, & claro collucens lumine Cancer,
In quo consistens conuertit curriculum Sol
Aestiuus, medio distinguens corpore cursus.
Hic totus medius circo disiungitur ipso:
Pectoribus validis atque aluo possidet orbem.

*

Hunc octo in partes diuisum noscere circum,
Si potes, inuenies supero conuertier orbe
Quinque pari spacio partes treis esse relictas,
Tempore nocturno quas vis inferna frequentet.
Alter ab infernis cancro connectitur austris.
46 Distribuens mediū subter secat hic Capricornū,
Atque pedes gelidum riuum fundentis Aquari,
Cæruleæque feram caudam Piscicis, & illum
Fulgentem Leporē, inde pedes Canis, et simul amplā
Argolicam retinet crebro cum lumine Nauem:
Tergaque Centauri, atque Nepai portat acumen:
Inde Sagittari defixum possidet arcum.
Hunc à clarifonis auris aquilonis ad austrum
Condens postremum tangit rota feruida Solis:
Exinde in superas brumali tempore flexu
Se recipit sedes. huic orbi quinque tributæ
Nocturnæ partes, supera tres luce dicantur.
47 Hosce inter, mediā in partem retinere videtur
Tantus quantus erit collucens Læteus orbis,
In quo autumnali atque iterum sol lumine verno
Exequat spacium lucis cum tempore noctis.
Hunc retinens Aries sublucet corpore totus,
Atque genu flexo Taurus connititur ingens:
Orion claro contingens pectore fertur,
Hydra tenet flexu Crateram, Coruus adhæret,

Et

Et paucae Chelis stellae, simul Anguitenentis
 Sunt genua, & summi Iouis ales nuncius instat:
 Propter Equus capite & ceruicum lumine tangit.
 Hosce æquo spacio deiunctos sustinet axis,
 Per medios summo coeli de vertice tranans.
 48 Ille autem claro quartus cum lumine Circus,
 Partibus extremis extremos continet orbes,
 Et simul à medio media de parte secatur,
 Atque obliquus in his nitens cum lumine fertur:
 Vt nemo cui sancta manu doctissima Pallas
 Solertem ipsa dedit fabricae rationibus artem,
 Tam tornare catè contortos possiet Orbes,
 Quàm sunt in coelo diuino lumine flexi,
 Terram cingentes, ornantes lumine mundum,
 Culmine transuerso retinentes sidera fulta.
 Quattuor hi motu cuncti voluntur eodem:
 Sed tantum supera terras semper tenet ille
 Curriculum, oblique inflexus tribus Orbibus vnus:
 Quanto est diuisus Cancer spacio à Capricorno,
 Ac subter terras spacium par esse necesse est.
 Et quantos radios iacimus de lumine nostro,
 Queis lunæ conuexum coeli tangimus orbem,
 Sex tantæ poterunt sub eum succedere partes,
 Bina pari spacio coelestia signa tenentes.
 45 Zodiacum hunc Græci vocitant, nostriq; Latini
 Orbem Signiferum perhibebunt nomine vero:
 Nam gerit hic voluens bis sex ardentia signa.
 Aestifer est pandens feruentia sidera Cancer:
 Hunc subter fulgens cedit vis torua Leonis,
 Quem rutilo sequitur collucens corpore Virgo.
 Exin proiectæ claro cum lumine Chelæ,
 Ipsaque consequitur lucens vis magna Nepai.
 Inde Sagittipotens dextra flexum tenet arcum.
 Post hunc ore fero Capricornus vadere pergit.
 Humidus inde loci collucet Aquarius orbem.
 Exin squammiferi serpentes ludere Pisces:
 Quies comes est Aries obscuro lumine labens,
 Inflexoque genu proiecto corpore Taurus,
 Et Gemini clarum iactantes lucibus ignem.
 Hæc Sol æterno conuestit lumine lustrans,
 Annua conficiens vertentia tempora cursu.
 30 Hic quantum terris conuexus pellitur orbis,
 Tantundem ille patens superà mortalibus extat.

Sex omni semper cedunt labentia nocte:
 Tot coelum iussu fugientia signa reuifunt.
 Hoc spacium tranans cæcis nox conficit vmbris,
 Quod supera terras prima de nocte relictum est,
 Signifer ex orbe & signorum ordine fultum.
 51 Quod si Solis aues certos cognoscere cursus,
 Ortus signorum nocturno tempore vifes:
 Nam semper signum exorians Titan trahit vnum:
 Sin autem officiens signis mons obstruet altus,
 Aut adiment lucem cæca caligine nubes,
 Certas ipse notas coeli de tegmine fumes,
 Ortus atque obitus omneis cognoscere possis.
 Quæ simul existant cernas, quæ tempore eodem
 Præcipitent obitum nocturno tempore nosces.
 52 Iam simul vti supero se toto lumine Cancer
 Extulit, exemplo cedit delapsa Corona.
 Et loca conuifit cauda tenus infera Piscis.
 Dimidiam retinens stellis distincta Corona
 Partem etiam supera, atque alia de parte repulsa est:
 Quam tamen insequitur Piscis, nec totus ad vmbras
 Tractus, sed supero contactus corpore cedit.
 Atq; humeros vsque à genibus Cancrumq; recondit
 Anguitenens, validis magnum à ceruicibus Anguæ.
 Iam vero Arctophylax non æqua parte secatur.
 Nam breuior clara coeli de parte videtur,
 Amplior infernas depulsus possidet vmbras.
 Quattuor hic obiens secum deducere signa
 Signifero solet ex orbi, tum ferius ille,
 Cum supera sese fatiauit luce, recedit,
 Post mediam labens claro cum corpore noctem.
 Hæc obscura tenens conuestit sidera tellus:
 At parte ex alia claris cum lucibus errat
 Orion humeris & lato pectore fulgens,
 Et dextra retinens non cassum luminis Ensem.
 53 Sed cum de terris vis est patefacta Leonis,
 Omnia quæ Cancer præclaro detulit ortu,
 Cedunt obscurata, simul vis maior Aeti
 Pellitur: ac flexo confidens corpore Nifus
 Iam supero ferme depulsus lumine, cedit:
 Sed læuum genus atque illustrem linquit in altum
 Plantam. tum contra exoritur claram caput Hydræ,
 Et Lepus, & Procyon, qui sese feruidus infert
 Ante canem: inde Canis vestigia prima videntur.

54 Non pauca è cœlo depellens signa repente
 Exoritur candens illustria lumina Virgo.
 Cedit clara Fides Cyllenia: mergitur vnda
 Delphinus, simul obtegitur depulsa Sagitta:
 Atque Avis ad summam caudam, primasque recedit
 Pinnas, & magnus pariter delabitur Amnis.
 Hic Equus à capite & longa ceruice lateſcit.
 Longius exoritur iam claro corpore Serpens,
 Crateraque tenus lucet mortalibus Hydra.
 Inde pedes Canis ostendit iam posteriores,
 Et poſt ipſe trahit claro cum lumine puppim:
 Inſequitur labens per cœli numina Nauis:
 Hæc medium ostendit radiato ſtipite malum:
 Et iam iam toto proceſſit corpore Virgo.
 55 At cùm procedunt obſcuro corpore Chele,
 Exiſtit pariter larga cum luce Bootes,
 Cuius in aduerſum eſt Arcturus corpore fixus,
 Totaque iam ſuperà fulgens prolabitur Argo,
 Hydræq; quod latè cœlo diſperſa tenetur,
 Nondum tota latet, non caudam contegit vmbra.
 Iam dextrum genus, & decoratam lumine ſuram
 Erigit ille vagans vulgato nomine Niſus
 Quem nocte extrinſcū atq; exortum vidimus vna
 Perſæpe, vt paruum tranans geminauerit orbem:
 Hic genus & ſuram cum Chelis erigit alte:
 Ipſe autem præceps obſcura nocte tenetur
 Dum Nepa & Arcitenens inuiſant lumina cœli.
 Nam ſecum medium pandet Nepa, tollere verò
 In cœlum totum exoriens conabitur Arcus.
 Hic tribus elatus cum ſignis corpore toto
 Lucet: at exoritur media de parte Corona,
 Caudaque Centauri extremo candore refulget.
 Hic ſe iam totum cæcas Equus abdit in vmbraſ,
 Quem rutila fulgens pluma præteruolat Ales:
 Occidit Andromedæ clarum caput, & fera Piſtrix
 Labitur horribiles epulas funeſtarequirens.
 Hanc contra Cepheus non ceſſat tendere palmas:
 Illa vſque ad ſpinam mergens ſe cærulea condit:
 At Cepheus caput atq; humeros palmasq; reclinat.
 56 Cum verò viſ eſt vehemens exorta Nepai,
 Latè fuſa volat. per terras fama vagatur,
 Vt quondam Orion manibus violaffe Dianam
 Dicitur excelsis errans in collibus amens,

Quos tenet, Aegæo defixa in gurgite Echincis,
 Brachia cui viridi conuēstit tegmine vitis.
 Ille feras vecors amenti corde necabat,
 O Enopionis auens epulas cœnare nitentes:
 At verò pedibus subitò perculsa Dianæ
 Insula discessit, disiectaque saxa reuellens
 Perculit, & cæcas lustrauit luce lacunas:
 Equibus ingenti existit cum corpore præ se
 Scorprios infestus præportans flebile acumen.
 Hic valido cupidè venantem perculit ictu,
 Mortiferum in venas figens per vulnera virus:
 Ille graui moriens constrauit corpore terram.
 Quare cùm magnis sese Nepa lucibus effert,
 Orion fugiens commendat corpora terris.
 Tum verò fugit Andromeda, & Neptunia Pistrix
 Tota latet, cedit conuerso corpore Cepheus,
 Extremas medio contingens corpore terras,
 Hic caput & superas potis est demergere partes,
 Infra lumborum nunquam conuēstiet vmbra:
 Nam retinent Arcti lustrantes lumine furas.
 Labitur illa simul gnata lachrymosa requirens
 Calsiepeia, neque ex cœlo depulsa decorè
 Fertur: nam verso contingens vertice primùm
 Terras, post humeros euerfa sede refertur.
 Hanc illi tribuunt poenam Nereides almæ
 Cum quibus, vt perhibent, ausa est cõtendere forma.
 Hæc obit inclinata: at pars exorta Coronæ est
 Altera, cum caudâq; omnis iam panditur Hydra.
 At caput & totum sese Centaurus opacis
 Eripit è tenebris, linquens vestigia parua
 Antepedum contecta: simul cum lumina pandit
 Ipse feram dextra retinet. Prolabitur inde
 Anguitenēs capite & manibus: profert simul Anguis
 Iam caput & summum flexo de corpore lumen.
 Hic ille exoritur conuerso corpore Nifus,
 Aluum, crura, humeros, simul & præcordia lustrans,
 Et dextra radios læto cum lumine iactans.
 57 Inde Sagittipotens superas cum visere luces
 Institit, emergit Nisi caput: & simul effert
 Sese clara Fides, & promit corpore Cepheus.
 Feruidus ille Canis toto cum corpore cedit,
 Abditur Orion, obit & Lepus abditus vmbra.
 Inferiora cadunt Aurigæ lumina lapsu.

58 Inde obiens Capricornus ab alto, lumine pellit
 Aurigam, instantémq; Caprã, paruos simul Hædos,
 Et magnam antiquo depellit nomine Nauem,
 Crus dextrumq; pedem linquens, obit infra Perseus
 In loca, tum cedens à puppi linquitur Argo.
 Obruitur Procyon, emergunt Alites vnã,
 Et volucris terris existit clara Sagitta.

73 * PROGNOSTICA.

* Vt cum

Luna means Hyperionis officit orbi,
 Stinguuntur radij cæca caligine tecti.

76 Ast autem tenui quæ candent lumine Phantæ

77 Atque etiam ventos præmonstrat sæpe futuros
 Inflatum mare, cùm subitò penitúsque tumescit,
 Saxaque cana salis niueo spumata liquore,
 Tristificas certant Neptuno reddere voces:
 Aut densus stridor cùm celso è vertice montis
 Ortus adaugefcit scopulorum sæpe repulso.

78 Cana fulix itidem fugiens è gurgite ponti,
 Nunciat horribiles clamans instare procellas,
 Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus.

81 Vos quoque signa videtis aquai dulcis alumna
 Cùm clamore paratis inanes fundere voces,
 Absurdóque sono fontes & stagna cietis.

Quis est qui ranunculos hoc videre suspicari possit?

Sæpe etiam per triste canit de pectore carmen,
 Et matutinis acredula vocibus instat,
 Vocibus instat, & assiduas iacit ore querelas,
 Cùm primùm gelidos rores aurora remittit.
 Fuscáque nonnunquam cursans per littora cornix,
 Demersit caput, & fluctum ceruice recepit.

82 Mollipedesque boues spectantes lumina cœli
 Naribus humiferum duxere ex aëre succum.

91 Iam verò semper viridis semperque grauata,
 Lentiscus triplici solita grandescere foetu,
 Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.

*Ne hoc quidem quero, cur hac arbor vna ter floreat, aut cur arandi maturitatem ad signum floris as
 commoget.*

CAETERA DESIDERANTVR.

F. 136 AB IOVE. Cic. 11. de legibus, Ordine igitur nam hunc tibi totū dicamus diem: Ab Ioue masarū primordia, sicut in Arati carmine orsi sumus. Haud scio, ad hūcne locum referri debeant versus quos Priscianus lib. 10. citat his verbis: Cicero tamen in arato stringens participio vsus est, quod à verbo Stringo nascitur.

Quem neque tempestas perimet, neque longa vetustas
Interimes Stringens praeclara insignia caeli.

NU. 3 CAETERA. Ex 11. lib. de Natura deorum hac & qua ad numerū 20. sequuntur, paucis exceptis, sumpta sunt. sic enim illic scribitur, atque hoc loco me intuens, Vrat, inquit, carminibus Arati, etique à te admodum adolescentulo conuersa, ita me delectant, quia Latina sunt, ut multa ex ijs memoria teneam. Ergo ut oculis assidue videmus, sine vlla mutatione, aut varietate. Caetera labuntur, &c.

6 QVAS NOSTRI. Citatur & hic locus, Ciceronis Acad. 11. qui & Lucullus dicitur, his verbis, Ego verò ipse & magnus quidem sum opinator: non enim sum sapiens, & meas cogitationes sic dirigo: non ad illam paruulam Cynosuram.

Qua fidunt duce nocturna Phoenices in alto, ut ait Aratus, eoque directius gubernant, quod eam teneant,

Qua cursu interiore breui conuertitur orbes: sed ad Helicen & clarissimos Septentriones, id est, rationes has latiore specie, non ad tenue elimitas.

TORVVS. Est & hic locus apud Priscianum lib. 14. Quaedam etiam (de Praepositionibus loquitur) syncopam passa sunt, ut Supra pro supera, & Infra pro infera, & Extra pro extera. Nam antiqui trifylla ea ea proferebant, ut Cicero in Arato,

Torvus Draco serpit, subter superaque retorquens

Sese. Idem Priscianus eodem extremo libro, Ex super tamen & Supra à supera, illud per apocopā, hoc per syncopam, facta sunt: sic enim antiqui frequenter protulerunt, & maxime Cicero in poematibus suis, ut in arato,

Torvus Draco serpit subter superaque retorquens

Sese. Idem in eodem,

Huic supera duplices humeros adfixa videtur

Stella micans talis specie, talique nitore.

Ceterum, quod Priscianus legit, Serpit, & Superaque retorquens, alij scribunt, Repit: & Supraque reuoluens illud, quod nescirent, S liquefcere in Toruus: hoc, quod Supera insolens esset. Nam extremum, Reuoluens scribitur. 11. de Natura deorum.

QVOD CAPVT. Alias, Hoc caput. Huius quoque loci, Hyginus lib. 4. meminit, sed paululum alijs verbis, ubi prolatus Gracis Arati versibus, Item, inquit, Cicero dicit,

Quod caput hic paulum sese subitque recondit,

Orrus ubi atque obitus parte admiscetur in vna,

7 ENGONAZIN. Alias,

Eryōvaci dicunt genibus quia nixa feratur.

F. 137. 9 HVIC SVPERA. Versus qui duo sequuntur, restituti sunt ex Prisciani lib. 14. ijs verbis, quae nu. 6. recitauit. Paulo post alij codices habent,

Atque eo ipse manet religatus corpore toto:

Nanque virum medium serpens sub pectore cingit.

11 SPICVM. Seruius in Georg. lib. 1. Dicimus autem hic spicus, & hoc spicum, Cic. in Arato,

Spicum illustre gerens insigni corpore Virgo, sed in mas. genere habet utrunque numerum: in neutro, singularem tantum.

MALEBANT. Lactan. lib. 5. Diuinarum institutionum, de iustitia loquens, primis seculis & posterioribus.

Malebant tenui contenti viuere cultu, ut Cicero in suo ait Arato, quod est propriū nostra religioni.

Ne signare quidem, aut partiri limite campum

Eas erat, in medium quarebat. qui posteriores versus de arateis esse non videntur.

FERRĒA. Cicero extremo secundo de Natura deorum. Quid de bubus, inquit Balbus, loquer? sequitur mox, Quibus cum terra subigerentur fisione glebarum ab illo aureo genere, ut poeta loquuntur, vis nulla vnquam afferebatur.

Ferrea tum verò proles, &c. sequitur, Tanta putabatur visus ut percipi ex bubus, ut eorum visceribus

vesci

vesci scelus haberetur.

13 SVBIECTVS. Alij codices Subiectus medio: alij, Media.

NAVIBVS. Versus hic apud Priscianum est lib. 7. Et aplustra enim, inquit, & aplustria antiqui protulisse inueniuntur. Cic. in Arato,

Nauius assumptis fluitantia querere aplustra. Caesar in Arato.

Ergent Argoa stellis aplustria puppis.

18 ANDROMEDA. Alias, Andromede fugiens, eodem sensu.

20 EQVIBVS HINC. Hinc inchoant quae feruntur Arati Ciceronis fragmenta, ab Aldo seorsim cusa. Hoc autem initium ita quidam sua auctoritate immutarunt,

Paulum hanc subter: verum in hac mutilatione quid Cic. scripserit, haud facile est conijcere. Idem mox legunt, Vt primus alia Chela, tum pectus.

22 ATQVAE HORVM E. Aldus legit,

Atque horum & caudis duplices esse catbena

Dices aut diuersa per lumina serpunt.

ANDROMEDAE. Ex Aldina lectionis vestigijs hos quatuor versus corrigere conatus sum: habet autem hunc in modum:

Andromeda laevo ex humero si qua exere perges

Ad positum poteris supra cognoscere piscem.

E pedibus vatum summo Ioue Perseus es,

Quos humeros retinet de fixa corpore Perseus.

Quaere pro querere veteres dixisse, notat Festus.

24 AT PROPTER. Hunc locum & alios aliquot Priscianus citat lib. 6. Cicero tamen, inquit, in Arato hoc genus pro Genu protulit.

Tertia sub caudam ac genus ipsum lumina pandit. In eodem,

Ac propter laeum genus omni ex parte locatas

Paruas Vergilias tenui cum luce videbis. In eodem,

Hac genus ad laeum nixi de lapsa resedit,

Atque inter flexum genus & caput alitis haesit.

Primum versum ubi collocem, nondum reperi. Postremi duo, mox sequuntur Num. 25.

26 NANQVE EST ALES. Lib. 11. de Natura deorum. Inde est ales.

27 IPSE AVTEM. Versus hi quatuor mire deprauati sunt. Vt autem cuique coniectandi locus relinquatur, adscribam ut Aldus cudit:

Ipse autem labens multis equus ille tenetur,

Piscibus, huic ceruix dextra mulcetur aquarum

Serius hac obitus terrae iussit equinis,

Quam gelidum valido de corpore frigus ambelans.

Quidam tertium carmen reiecit, itaque, Tum gelidum, legit versu sequenti.

Pro multis, legendum putavi, Geminis, aut etiam, Binis. habet enim Aratus, δὴ ἰχθύες. Reliqua aucustioribus relinquo expendenda.

CORPORE. Pro Magno, Aldus, Nam. Priscianus, lib. 6. Capricornus, inquit, secunda inuenitur declinationis. Cicero in Arato,

Corpore semifero magno Capricornus in orbe. Idem in eodem,

Tum magni curuus Capricorni corpore propter

Delphinus iacet, haud nimio lustratus nitore. quanquam pro Curuus, ibi coruus legatur. & mox apud eundem, Currus. qui duo loci me admonuerunt ut Currus, qui in his versibus, num. 30. scribebatur, in Curuus commutarem.

28 VT SES E. Alij Libri, Vt sese emergens ostendat.

HIC MISSORE. Hanc lectionem elicui e scriptura antiqua quam Aldus expressit:

Hic miso renocans, fulgens iacet una sagitta.

Misore enim & vacans legendam censui, quod Arateis his responderet, οὐτὸς ἀπὲρ τόξου.

HINC TEGIT. Aldus legit,

Hunc regit obscurus subter praecordia vespere.

Ver toto spirans, &c. Vt pro Ver, Nec legerem, admonuit me vir doctissimus, cuius iudicio mihi standum esse reor.

34 AT CANIS. Locus hic apud Hyginum lib. Fabularum, fab. 14. profertur his verbis, Haec est, navis Argo, quam

quam Minerva in fœdalem circulum retulit, ob hoc quod ab se esset edificata: ac primum in pelagus deducta est hæc naus, in astris apparens à gubernaculo ad velum. Cuius speciem ac formam Cic. in Phenomenis exponit his versibus:

At canis ad caudam serpens pralabitur Argo,
Conuersam præ se portans cum lumine puppim.
Non aliæ naues ut in alto ponere proras
Ante solent, rostris Neptunia præta secantes:
Sicut cum ceptant tutos contingere portus,
Obuertunt nauem magno cum pondere nauæ,
Aduersamque trahunt oprata ad littora puppim:
Sic conuersa vetus super æthera labitur Argo.
Inde gubernaculum tendens à puppe volante
Clari posteriora canis vestigia tangit.

CONVERSAM. Aldus Conuexam, & mox, In alto pondere: item, Sed connexa.

ATQVE VSQVE. Aldus & alij ad cœlum, Ad Cœlum maluimus, ut Num. 38. Perfringet cœlos defixo robore malos.

36 HIC VNA. Aldus,

Hanc vna stella nectuntur quam iacet ex se
Pistricis spina valida cum luce refulgens.

37 EXINDE. Versus hic quibusdam improbatu est, quod vetus scriptura deprauata esset. sic enim Aldus,

Exinde australem soliti conuincere piscem
Voluitur inferior capricorno versus ad austrum.

Ut correxi, apte redditur quod ait Aratus, νότον δὲ κινάδονιστον.

STELLAS. Alij pro Stratas, Sparsas.

HAE TENVES. Aldus corrupte,

Ætenus stella perhibentur nomine Aquarij. quidam corrigunt, Ast omnes,

39 CEDIT EQVI. Hos versus ita Aldus scribit,

Cedere qui partibus properat coniungere chelis.

Hic dextram pergens quadrupedes qua vasta tenentur.

40 HAEC CAPVT. Quod Cic. ait, Ad terga Nepai, Aratus, ἀπὸ μέσων καπνίων, Nepa ergo tantum Scorpius dicitur, aut hallucinatus est Cicero, qui Tergora cancri, dicere debuerit.

EXTREMVM. Aldus, Extrema. Alij, Extremo, Extremum finem intelligo, quem rostro Corvus ründat. sin mauis Extremam, Hydram accipies.

42 QVORVM EGO. Aldus, Quare ego. & mox, Fixa simul magno sedem gentibus orbes. quidam legunt, Magnos similes vertentibus orbes.

44 CVM NEQVE caligans deterfit, Aldus, Detergit, & versu qui sequitur. Superaret: & inde quarto, Superest præstare duobus.

45 HVNC sura laua. Aldus legit,

Hunc supera laua. Grace est, λατὴν ὅτι κνήμην,

AT VERO. Versus hic reiectus est à quibusdam, qui & sequentem sic inchoant,
Inde leo.

ALTER ab infernis. Aldus cudit,

Alter ab infernis austri conuertitur auribus.

46 DISTRI BVENS. Quidam corrigunt,

Ast alter, quod ut longius à veteri scriptura remotum, non valde placet:

53 CEDVNT obscurata simul vis. Pro Aëti, Aldus vitiose, Aquarij,

56 QVOS TENET. Pro Echineis, Aldus Echinus, quod alij ut adulterinum reicientes, nihil substituerunt.

ANTEPEDVM. Versus hic reiectus est à quibusdam. Aldus autem male distinctum habet:

Ante pedum contacta simul cum lumine pandit.

Vno verbo audaciusculè Ciceronem dixisse putem Antepedes, quos Aratus ἀποτίποις πόδας & alij ἀπόποδας vnoque verbo.

57 INDE Sagittipotens. Aldus vitiose, Conuifere lucas Institit & mergit. & mox,

Abditur Orion, obijt simul abditus umbra est,

Inferiora

Inferiora cadant auriga lumina lapsum.


73 **VT CVM** Luna means. Ex Prisciani lib. 10. Idem (Cicero) inquit, passuum eius verbi in Prognosticis protulit, *Vt cum Luna means &c.*

76 **AST AVTEM.** Idem Priscianus extremo 16. libro, Hoc quoque non est pratermittendum, quod coniunctiones sibi prapositae inveniuntur, tam eiusdem potestatis cum sint, quam alterius: vt Cicero in Prognosticis.

Ast autem tenui quae cadent lumine phatna. Idem repetit libro 18. vbi de Constructione differit.

77 **ATQVE** etiam ventos. Versus hi & qui sequuntur, ex libro 1. de Diuinatione desumpti sunt omnes.

**TTPIS MANDABAT THEODORVS GRAMINAEVS COLONIAE
AGRIPPINAE. M. D. LXIX. CALEND. MARTII.**





C. IUL. HYGINI POETICON ASTRONOMICON, DE MVNDI ET SPHAERAE AC VTRIVS-
que partium declaratione.

HYGINVS M. FABIO PLVRIMAM SALVTEM.



TSI te studio grammaticae artis inductum, non solum versuum modera-
tione, quam pauci peruiderunt, sed historiarum quoque varietate, qua sci-
entia rerum perspicitur, praestare video, qua facilius etiam scriptis tuis
perspici potest, desiderans potius scientem quam liberalem iudicem: ta-
men quo magis exercitatus, & nonnullis etiam sapius in his rebus occupa-
tus esse videar, & ne nihil in adolescentia laborasse dicerer, & imperito-
rum iudicio, desidia subirem crimen, hoc velut rudimento scientia nifus,
scripsi ad te, non ut imperito monstrans, sed ut scientissimum commonens:

- 1 Sphaera figuratorem, circulorumque qui in ea sunt notationem, &
quaratio fuerit ut non aequis partibus diuiderentur.
- 2 Prater ea terra marisque definitionem: & qua partes eius non habitantur, ut multis iustisque de
causis hominibus carere videantur, ordine exposuimus.
- 3 Rursusque redeuntes ad sphaeram, duo & quadraginta signa nominatim pernumerauimus.
- 4 Exinde vniuscuiusque signi historias causasque ad sidera perlationis ostendimus.
- 5 Eodem loco nobis utile visum est, persequi eorum corporum deformationes, & in his numerum stellarum.
- 6 Nec praetermisimus ostendere ad septem circulorum notationem, qua corpora aut partes corporum
peruenirent, & quemadmodum ab his diuiderentur.
- 7 Diximus etiam in aestiu circuli definitione, quare non idem hyemalis vocaretur: & quid
eos fefellerit, qui ita fenserint: & quid in ea parte sphaerae solis efficiat cursus.
- 8 Prater ea, quare circulos in octo partes diuideremus, ordine exposuimus.
- 9 Scripsimus etiam quo loco circulus aequinoctialis foret constitutus, & quid efficeret ad eum perueniens sol.
- 10 In eiusdem circuli demonstratione ostendimus, quare Aries inter sidera celerissimus diceretur.
- 11 Pauca prater ea de hyemali circulo diximus.
- 12 Exinde zodiacum circulum definiuimus, & eius effectus: & quare potius duodecim signa quam vn-
decim numerarentur, quid etiam nobis de reliquis circulis videretur.
- 13 His propositis rebus, ad id loci venimus, ut exponeremus, utrum mundus ipse cum stellis suis vertere-
tur, an mundo stante, vaga stella ferrentur: & quid de eo nobis & compluribus videretur, & qua ratione
ipse mundus verteretur.
- 14 Prater ea quare nonnulla signa celerius exorta, serius occiderent: nonnulla etiam ceteris tardius
exorta, citius ad occasum peruenirent: quare etiam qua signa pariter oriantur, non simul occidant.
- 15 Eodem loco diximus, quare non essent in sphaera superiora interioribus hemicycli aequalia: & quot
modis stellas videre non possumus.
- 16 Prater ea scripsimus in duodecim signorum ortu, qua de reliquis corpora exoriri, & qua eodem tem-
pore occidere viderentur.
- 17 Deinde ordine perscripsimus, sol utrum cum mundo fixus verteretur, an ipse per se moueretur: & cum
ipse per se moueatur, & contra duodecim signorum ortus eat, quare videatur cum mundo exoriri & occidere.
- 18 Deinde protinus de Luna cursu pauca proposuimus: & utrum suo, an alieno lumine vteretur: Ecli-
psis Solis & Luna quomodo fieret: quare Luna per eundem circulum iter faciens, celerius sole currere vi-
deatur: & quid fefellerit eos, qui ita fenserint.
- 19 Quinque stellas quantum habeant intervallum: & utrum quinque sint an septem: & utrum quinque
certe errent, an omnes, & quinque quomodo currant.

20 Diximus

20. Diximus etiam quæ ratione priores astrologi non eodem tempore signa & reliquas stellas reuerti dixerint: & quare metam diligentissime obseruasse videantur, & quid reliquos fefellerit in eadem causa. In his igitur tam multis & varijs rebus, non erit mirum aut pertimescendum, quod tantum numerum versuum scripserimus: neque enim magnitudinem voluminis, sed rerum multitudinem peritos conuenit spectare. Quod si longior in sermone visus fuero, non mea facunditate, sed rei necessitate factum existimato: nec si breuius aliquid dixerò, minus idem valere confidito, quam si pluribus esset audiendum verbum. Etenim præter nostram scriptionem sphaera, quæ fuerunt ab Arato obscurius dicta, persecuti planius ostendimus: ut penitus id quod cepimus, exquisisse videremur. Quod si vel optimis usus auctoribus effeci, ut neque breuius neque verius diceret quispiam, non immerito fuerim laudari dignus à vobis, quæ vel amplissima laus hominibus est, doctis: si minus, non deprecamur in hac consecratione nostram scientiam ponderari. Ideoque maioribus etiam niti laboribus cogitamus, in quibus & ipsi exerceamur, & in quibus volumus nos probare quid possimus. etenim necessarias nostris hominibus scientissimæ maximas res scripsimus: non leuibus occupati rebus, populi captamus existimationem. Sed ne diutius de eo quod negligimus loquamur, ad propositum veniemus, & initium rerum demonstrabimus.

21. **MUNDVS** appellatur is, qui constat ex sole, & luna, & terra, & omnibus stellis.

SPHAERA est species quadam in rotundo conformata, omnibus ex partibus aequalis apparens, vnde reliqui circuli finiuntur. Huius autem sphaera neque exitus, neque initium potest definiri, ideo quod in rotundo omnes tractus & initia & exitus significari possunt.

CENTRVM est, cuius ab initio circūductio sphaera terminatur, ac terra positio constituta declaratur.

DIMENSIO, quæ totius ostenditur sphaera, est cum ex vtrisque partibus eius ad extremam circūductionem rectè ut virgulae perducuntur: quæ dimensio à compluribus Axis est appellata. Huius autem cacumina, quibus maxime sphaera nititur, Poli appellantur: quorum alter ad aquilonem spectans, Boreus alter oppositus austro, Notius est dictus.

SIGNIFICATIONES quadam in circūductione sphaerae circuli appellantur. E quibus Paralleli dicuntur, qui ad eundem polum constituti finiuntur. Maximi autem sunt, qui eodem centro quo sphaera continentur. Horizontus appellatur is, qui terminat ea quæ perspicere aut non videri possunt: hic autem incerta ratione definitur: quod modo polo subiectas, & circuli his qui Paralleli dicuntur: modo duobus extremis & aequalibus nixus: modo alijs partibus adiectus terra, peruidetur ita, ut cunq; fuerit sphaera collocata.

POLVS is quæ Boreus appellatur, peruideri potest semper: Notius autem ratione dissimili, semper est à conspectu remotus. Naturalis autem mundi statio, quæ uox dicitur. Est ea in Boreo polo finita, ut omnia à dextris partibus exoriri, in sinistris occidere videantur. Exortus enim est, subita quadam species obiecta nostro conspectui: Occasus autem pari de causa, ut erepta ab oculis visa.

In finitione mundi, circuli sunt Paralleli quinque, in quibus tota ratio sphaera consistit, præter eum qui Zodiacus appellatur: qui quod non ut ceteri circuli, certa dimensione finitur, & inclinatio alijs videtur, Ὠρός à Græcis est dictus. Quinque autem quos supra diximus, sic in sphaera metiuntur, initio sumpto à polo qui Boreus appellatur, ad eum qui Notius & Antarticus vocatur. In triginta partes unumquodque hemisphaerium diuiditur, ita ut dimensio significari videatur in tota sphaera per sexaginta partes factas. Deinde ab eodem principio Boreo sex partibus ex utraque finitione sumptis, circulus ducitur, cuius centrum ipse est Polus finitus: qui circulus, Arcticus appellatur, quod intra eum Arcti simulacra ut in clausa perspiciuntur: quæ signa à nostris vrsarum specie ficta, Septentriones appellantur.

Ab hoc circulo de reliquis partibus quinque sumptis, eodem centro quo supra diximus, circulus ducitur, qui Ὠρεὸς τροπικὸς appellatur, ideo quod sol cum ad eum circulum peruenit, æstatem efficit eis qui in aquilonis finibus sunt: biemem autem eis quos austri flatibus oppositos antè diximus. Præterea, quod ultra eum circulum sol non transit, sed statim reuertitur, τροπικὸς est appellatus.

Ab hac circuli significatione quatuor de reliquis partibus sumptis, ducitur circulus Equinoctialis, à Græcis ἰσημερινός appellatus, ideo quod sol cum ad eum orbem peruenit, æquinoctium conficit. Hoc circulo facto, dimidia sphaera pars constituta perspicitur.

E contrario item similis ratione à Notio polo sex partibus sumptis, ut supra de Boreo diximus, circulus ductus ἀνταρκτικὸς vocatur: quod contrarius est ei circulo, quæ arcticon supra definiuimus.

Hac definitione sphaera, centroque poli qui Notius dicitur, quinque partibus sumptis circulus Ὠρεὸς τροπικὸς instituitur. à nobis Hiemalis, à nonnullis etiam Brumalis appellatus, ideo quod sol cum ad eum circulum peruenit, hyemem efficit his qui ad aquilonem spectant: æstatem autem, his qui in austri partibus domicilia constituerunt. Quanto enim abest longius ab illis qui in aquilonis habitant finibus, hoc biemem maiore consistuntur: æstatem autem, quibus sol appositus peruidetur: itaque Aethiopes sub utroque orbe necessario fiunt.

Ab hoc circulo ad æquinoctialem circulum, reliquæ sunt partes quatuor, ita uti sol per vtroque partes sphaera currere videatur. Zodiacus autem circulus sic vel optime definiri poterit, ut signis factis, sicut poëta dicimus, ex ordine circulus perducatur.

Qui autem Læteus vocatur, contrarius æquinoctiali, ibi oportet ut eum medium dividere, & bis ad eum pervenire videatur: semel in eo loco ubi aquila constituitur: iterum autem ad eius signi regionem, quod τὸ πόντος vocatur. Duodecim signorum partes sic dividantur: Quinque circuli, de quibus diximus supra, ita finiuntur, ut unusquisque eorum dividatur in partes duodecim, & ita ex eorum punctis lineæ perducantur, quæ circulos significant factos, in quibus duodecim signa describantur. Sed à nonnullis imperitiis queritur, quare non æquæ partibus circuli finiuntur, hoc est, ut de triginta partibus quinæ partes dividantur, & ita circuli pari ratione ducantur: id facillime defendi posse confidimus. Cum enim media sphaera divisa est, eius circuli nullus potest equalis esse: qui quantum proxime eum accedat, tamquam minor esse videatur. Itaque qui primum sphaeram fecerunt, cum vellent omnium circulorum æquas rationes esse, pro rata parte voluerunt significare, ut quanto magis à polo discederetur, eo minorem numerum partium sumerent in circulis metiendis, quo erat necesse his maiorem circulum definire. Quod etiam ex ipsa sphaera licet intelligere: quanto magis à polo discedes, eo maiores circulos fieri necesse est: & hac re minorem numerum duci, ut partes eorum videantur effectus. Et si non in triginta partes unumquodque hemisphaerium dividatur, sed in alias quotlibet finitiones, tamen eoratio pervenit eius, ac si triginta partes fecisset. Zodiacus circulus tribus his subiectus, de quibus supra diximus, ex quadam parte contingit æstivum & hiemalem circulum, æquinoctialem autem medium dividit. Itaque sol per Zodiacum circulum currens, neque extra eum transiens, necessario cum his signis quibus innixus iter conficere videtur, pervenit ad eos quos supra diximus orbis, & ita quatuor tempora definit. Nam ab Ariete incipiens, ver ostendit: & Taurum & Geminos transiens, idem significat. Sed iam capitis Geminorum circulum æstivum tangere videtur, & per Cancrum & Leonem transiens & Virginem, æstatem efficit. Et rursum à Virginis extrema parte transire ad æquinoctialem circulum perspicitur. In Libra autem æquinoctium conficit, & autumnum significare incipit, ab hoc signo transiens ad Scorpionem & Sagittarium. Deinde protinus incurrit in hiemalem circulum, & à Capricorno, Aquario, Piscibus, hiemem transigit. Itaque ostenditur non per tres ipsos circulos currere, sed Zodiacum transiens ad eos pervenire. Sed quoniam de his rebus diximus, nunc Terra positionem definiemus, & Mare quibus locis interfusum videatur, ordine exponemus.

2 T E R R A mundi media regione collocata, omnibus partibus equali distans intervallo, centrum obtinet sphaera. Hanc mediam dividit Axis in dimensione totius terræ: Oceanus autem regione circumductionis sphaera profusus, prope totius orbis alluit fines. Itaque & signa occidentia in eum decidere existimantur: sic igitur & terras contineri, poterimus explanare. Nam quæcunque regio est, quæ inter Arcticum & æstivum finem collocata est, ea dividitur trifariam, è quibus una pars, Europa: altera, Asia, tertia, Africa vocatur. Europam igitur ab Africa dividit mare ab extremis Oceani finibus & Herculis columnis. Asiam vero & Libyam cum Aegypto determinat os Nili fluminis quod Canopicon appellatur. Asiam ab Europa Tanais dividit, bifariam se coniiciens in paludem quæ Meotis appellatur. Hac igitur definitione facile pervidetur, mare omnibus adiectum finibus terræ.

Sed ne videatur nonnullis mirum, cum sphaera in sexaginta partes dividatur, ut ante diximus, quare definimus ab æstivo circulo ad arcticum finem duntaxat habitari: sic vel optime defendimus. Sol enim per mediam regionem sphaera currens, nimium his locis efficit fervorem. Itaque quæ finis est ab æstivo circulo ad hiemalem, ea terra à Græcis διὐρηκὸν χώραν vocatur: quod neque fruges propter exustam terram nasci, neque homines propter nimium ardorem durare possunt: extrema autem regionis sphaera duorum circulorum, quorum alter Boreus, alter Notius vocatur, sine Arctici circuli & eius qui Antarticus vocatur, non habitantur, ideo quod sol ab his circulis semper est longe, venti quoque assiduos habent flatūs. Quamvis enim sol perveniat ad æstivum circulum, tamen longe ab Arctico videbitur finis: id ita esse hinc quoque licet intelligere: Cum enim sol pervenit ad eum circulum qui Hiemalis vocatur, & efficiat nobis qui prope eum sumus constituti, nimium frigus, quid arbitramur eis locis frigoris esse, qui longius etiam ab eis sunt à nobis? Quod cum in hac parte sphaera fiat, idem in altera parte definitum putabimus, ideo, quod similes eius sunt effectus. Præterea hinc quoque intelligimus illic maximum frigus, & in æstivo circulo calorem esse: quod quæ terra habitat. Eos tamen videmus qui proxime sint Arcticum finem, uti braccis & eusmodi vestitu: qui autem proximi sint æstivo circulo, eos Aethiopes & perusto corpore esse. Habitat autem sic temperatissimo cælo, cum inter æstivum circulum & Arcticum finem hac perveniat temperatio: quod ab Arctico circulo frigus, ab æstivo fervor exortus in unum concurrere efficit: media finem temperatam, quæ habitari possit. Itaque cum sol ab eo loco discescit, hieme necessario confusamur,

nam, quid ventum exorientem non reuerberas sol. Quod cum veniat in hac definitione, illud quoque fieri posse videmus, ut Hiemalis circulo nobis ad Antartici finem habitari possit: quod pares eodem perueniant casus. Certum quidem esse nemo contendit, neque peruenire eo potest quisque propter interiectum tere, quæ propter ardorem non habitatur. Sed cum videmus hanc regionem sphaera habitari, illam quoque in simili causa posse constitui sufficimus.

SED quoniam quæ nobis de terra positione dicenda fuerunt, & sphaeram totam definiuimus, nunc quæ in ea Signa sint, singulatim nominabimus. E quibus igitur primum duas Arctos, & Draconem: deinde Arctophylaca cum Corona dicimus: Ceterum, qui Engonasin vocatur. Exinde Lyram cum Olore, & Cepheo, & eius vocem Cassiopeia, filiaque Andromeda, & genero Perseo: dicimus etiam protinus Aurigam à Grecis ἄριοον appellatum: Ophiuchum præterea cum Sagitta & Aquila, paruoque Delphine. Inde Equum dicimus, cum eo fidere quod Deltoton vocatur. His corporibus enumeratis, ad duodecim Signa perueniemus. Ea sunt hæc, Aries, Taurus, Gemini: deinde Cancer cum Leone & Virgine: præterea Libra, vltima pars Scorpionis, & ipse Scorpions cum Sagittario & Capricorno: Aquarius autem cum Piscibus reliquas habet partes. His enumeratis, suo ordine est Cetus cum Eridano flumine, & Lepore. Deinde Oriam cum Came, & eo signo quod τροχὸν dicitur. Præterea est Argo cum Centauro, & Arax: deinde Hydra cum Pisce qui Notius vocatur. Horum omnium non inutile videtur historias proponere: quæ certè aut vtilitatem ad scientiam, aut iocunditatem ad delectationem afferrent lectori. Igitur, ut supra diximus, initium est nobis Arctos maxima.

HANC autem Hesiodus ait esse Callisto nomine, Lycaonis filiam, eius quæ in Arcadia regnavit: eamque studio venationis inductam, ad Dianam se applicuisse: à qua non mediocriter esse dilectam, propter veriusque consimilem naturam. Postea autem ab Ioue compressam, veritam Diana suum dicere euentum, quod diuinus celare non potuit: nam iam vtero ingrauescente, propediem partus in flumine corpus exercitatione defessum cum recrearet, à Diana cognita est non conseruasse virginis atem: cui dea pro magnitudine suspicionis non minorem retribuit poenam: erepta enim facie virginali, in vrsæ speciem est conuersa, quæ Græcè ἄρκτος appellatur. In ea figura corporis, Arcada procreauit. Sed, ut ait Amphius comicarum scriptor, Iupiter simulatus effigie Diana, cum virginem venantem ut adiutans persequeretur, a motam conspectu aliarum compressit: quærogata à Diana quid ei accedisset, quod tam grandi vtero videretur, illius peccato id enuisse dixit: ut aque propter eius responsum, in quam figuram supra diximus, eam Diana conuerterit. Quæ cum in silua ut fera vagaretur, à quibusdam Actolorum capta, ad Lycaonem pro munere in Arcadiam cum filio est deducta. Ibi dicitur inscia legis, in Iouis Lycæi templum se coniecisse: quam confestim filius est secutus. Itaque cum eos Arcades infecuti, interficere conarentur, Iupiter memor peccati, ereptam Callisto cum filio inter sidera collocauit, eamque Arctum, filium autem Arctophylaca nominauit, de quo postea dicemus. Nonnulli etiam dixerunt, cum Callisto ab Ioue esset compressa, lunonem indignatam in vrsam eam conuertisse. quam Diana venanti obuiam factam, ab ea interfectam, & postea cognitam inter sidera locatam. Sed alij dicunt, cum Callisto Iupiter esset in siluam persecutus, lunonem suspicantem id quod euenit, contendisse ut eum manifesto diceret deprehendisse. Iouem autem quò facilius suum peccatum regeretur, in vrsæ speciem conuersam reliquisse: lunonem autem in eo loco pro virgine vrsam inuenisse, quam Diana venanti, ut eam interficeret, demonstrasse: quod factum ut perspiceretur Iouem agere tulisse, effigiem vrsæ stellis figuratam constituisse. Hoc signum ut complures dixerunt non occidit. Qui volunt aliqua de causa esse institutum, negant Tethyn Oceani vxorem id recipere, cum reliqua sidera eo perueniant in occasum: quod Tethys Iunonis sit nutrix, cui Callisto succubuerit ut pellex. Arietibus autem Tegeates historiarum scriptor, non Callisto, sed Megisto dicit appellatam: & non Lycaonis, sed Cerei filiam, Lycaonis neptem. Præterea Cetea ipsam Engonasin nominari. Reliqua autem superioribus conueniunt: quæ res in Nonacri monte Arcadia gesta demonstratur.

ARCTOS MINOR. Hanc Aglaosthenes qui Naxica conscripsit, ait Cynosuram esse vnam de Iouis nutricibus ex Idæis nymphis: ab eius quoque nomine & urbem quæ Hestica vocatur, à Niosttrato & sodalibus eius constitutam, & portum qui ibi est, & agri maiorem partem Cynosuram appellatam. Hanc autem inter Cretas fuisse, quæ Iouis fuerunt administri. Nonnulli etiam Helicem & Cynosuram nymphas esse Iouis nutrices dicunt: & hac re etiam pro beneficio in mundo collocatas, & vtrasque Arctos appellatas esse, quas nostri Septentriones dixerunt: sed maiorem arcton complures plastro similem dixerunt, & ἄρκτοπλανῆς Græci appellauerunt. Cuius hac memorie prodita est causa: In initio qui sidera perviderunt, & numerum stellarum in vnaquaque specie corporis constituerunt, & non Arctum, sed Plastrum nominauerunt. Ex septem stellis, due quæ pariles & maxime in vno loco viderentur, pro bobus habebantur: reliqua autem quinque figuram plastrum simulant. Itaque, & quod proximum huic est signum

Bootem nominari voluerunt, de quo posterus plura dicemus. Aratus quidem non hac re Bootem, nec idem Plaustrum dicit appellari, sed quod Arctos videatur ut Plaustrum circa polum, qui Boreus appellatur, versari: & Bootes agitare eam dicatur. In quo non mediocriter videtur errare. Postea autem de septem stellis, ut Parmeniscus ait, quinque & viginti sunt à quibusdam astrologis constituta, ut Vrsa species, non septem stellis perscruteretur. Itaque & ille qui antea Plaustrum sequens, Bootes appellabatur, Arctophylax est dictus, & hysdem temporibus quibus Homerus fuit, hac Arctos est appellata. de Septentrionibus ille enim dicit, hanc utroque nomine, & Arcton & Plaustrum nominari: Bootem autem nusquam meminit Arctophylaca nominari. Incidit etiam compluribus erratio, quibus de causis minor Arctos Phœnice appellatur: & illi qui hanc observant, verius & diligentius navigare dicantur. & quare si hec sit certior quam maior, non omnes hanc observant: qui non intelligere videntur de qua historia sit profecta ratio, ut Phœnice appelletur. Thales enim qui diligenter de his rebus exquisivit, & hanc primus Arcton appellavit, natione fuit Phœnix, ut Herodotus Milesius dicit. Igitur omnes qui Peloponnesum incolunt, priore utuntur Arcto. Phœnices autem quam à suo inuentore acceperunt, observant: & hanc studiosius perspicendo diligentius navigare existimantur, & verè eam ab inuentoris genere Phœnicem appellant.

S E R P E N S. Hic vasto corpore ostenditur inter auras Arctos collocatus: qui dicitur aurea mala Hesperidum custodisse, & ab Hercule interfectus, ab Iunone inter sidera collocatus: quod illius opera Hercules ad eum est profectus, qui hortum Iunonis tueri solitus existimatur. ait enim Pherecydes, Iunonem cum duceret Iupiter uxorem, Terram inuenisse ferentem aurea mala cum ramis: qua Iunonem admiratum, petisse à Terra, ut in suis hortis fereret, qui erant vsque ad Atlantem montem. Cuius filia cum sapius de arboribus mala decerperent, Iuno dicitur hunc ibi custodem posuisse: hoc etiam signi erit, quod in sideribus supra eum Draconem, Herculis simulacrum ostenditur, ut Eratosthenes demonstrat: quare licet intelligere, hunc maxime Draconem dici. nonnulli etiam dixerunt hunc Draconem à gigantibus Minervæ obiectum esse, cum eos oppugnaret: Minervam autem arreptum draconem contortum ad sidera iecisse, & ad ipsum axem celi fixisse: itaque eum adhuc implicato corpore videri, ut nuper ad sidera perlatusum.

ARCTOPHYLAX. De hoc fertur, ut sit Arcas nomine, Callistus & Iouis filius, quem dicitur Icaeon, cum Iupiter ad eum in hospitium venisset, cum alia carne concisum pro epulis apposuisse. studebat enim scire, si deus esset qui suum hospitium desideraret. Quo facto non minore pena est effectus. nam statim Iupiter mensa proiecta, domum eius fulmine incendit: ipsum autem in lupi figuram conuertit: at pueri membra collecta & composita in unum, dedit cuidam Aetolorum alendum, qui adolescens factus, in silvis cum venaretur, inscius vidit matrem in vrsa speciem conuersam, quam interficere cogitans, persecutus est in Iouis Lycæi templum: quod & qui accessisset, mors poena erat Arcadem lege. Itaque cum utrunque necesse esset interfici, Iupiter eorum misertus, ereptos inter sidera collocavit, ut ante diximus. Hic autem è facto sequens Vrsam perspicitur, & Arctum servans. Arctophylax est appellatus. Nonnulli hunc Icarium Erigones patrem dixerunt, cui propter iustitiam & pietatem existimatur Liber pater vinum & vitem & vnam tradidisse, ut ostenderet hominibus quomodo fereretur, & quid ex eo nasceretur: & cum esset natus, quomodo eo uti oporteret. Qui cum seuisset vitem, & diligentissime administrando floridam facile fecisset, dicitur hircus in vineam se coniecisse, & qua ibi tenerima folia videret, decerpisse: quo facto, Icarium irato animo tulisse, eumque interfecisse, & ex pelle eius vitem fecisse, ac vento plenum praligasse, & in medium proiecisse, suosque sodales circum eum saltare cœgisse. Itaque Eratosthenes ait: *Ἰκαρίου ποτὶ τὴν ὄρεα τὴν ἐν τῷ ὄρει ἐκχέοντο.* Alij dicunt Icarium cum à Libero patre vinum accepisset, statim vres plenos in plaustrum imposuisse: hac re etiam Bootem appellatum: qui cum perambulans Atticorum fines pastoribus ostenderet, nonnulli eorū aviditate pleni, nono genere porionis inducti somno consopiantur: atq; alius aliam se in partem reijciunt, ut semimortua membra iactantes, alia ac decebat loquebantur. Reliqui eorum arbitrati venenum ab Icario datum pastoribus, ut eorū pecora abigeret in suos fines, Icarium interfectum in puteū deiecerunt: sed ut alij demonstrant, secundum arbore quandam defoderunt. Qui autem obdormierant expectati, cum se nunquā melius quiescere faterentur, ac requirerent Icarium, ut pro beneficio muneraretur, interfectores eius animi conscientia permoti, statim se fuga mandauerunt, & in insulam Aetolorum pervenerunt: à quibus ut hospites recepti, domicilia sibi constituerunt. At Erigone Icarij filia permota desiderio parentis, cum eum non redire videret, ac persequi conaretur, canis Icarij, cui Mera fuerat nomen, vulans ut videretur obitum domini lacrimari, redijt ad Erigonem, cui non minimam cogitata mortis suspicionem ostendit: neq; enim puella timida suspicari debebat nisi patrem interfectum, qui tot dies ac menses abesset. At canis vestem eius tenens dentibus, perduxit ad cadaver. Quod filia simul ac vidit, desperata spe, solitudine ac pauperie oppressa, multis miserata lacrimis, in eadem arbore qua parens sepultus videbatur, suspendio sibi mor-

dom conficiunt. Canis mortua spiritus suo parentavit: nonnulli enim hunc in patrem se deieciſſe dicunt Angram nomine: quare poſtea neminem ex eo puteo biſſe, memoria tradiderunt. Quorum ſaſum Iupiter miſeratus, in aſtris corpora eorum deformavit. Itaque complures Icarium, Bootem: Erigonem, Virginem naminaverunt, de qua poſterius dicemus: Canem autem ſua appellatione & ſpecie Caniculam dixerunt: quæ à Græcis, quod ante maiorem Canem exoritur, *αρκυ' ων* appellatur. Alij hos à Libero patre figuratos inter ſidera dicunt. Interim cum in ſinibus Athenienſium multa virgines ſine cauſa ſuſpendio ſibi mortem conſciſcerent, quod Erigone moriens erat precata, ut eodem leto filia Athenienſium aſſicerentur quo ipſa foret obitura, niſi Icarij mortem perſecuti, & eum forent ulci. Itaque cum id eveniſſet, ut ante diximus, poenitentibus eiſ Apollo dedit reſponſum: Si vellent euentu liberari, ſatiſfacerent Erigona. Qui quod ea ſe ſuſpenderat, inſtituerunt, ut tabula interpoſita pendente, ſunibus ſe iactarent, ut qui pendens vento moveretur: quod ſacrificium ſolenne inſtituerunt. Itaque & priuatim & publice faciunt, & id Aletidas appellant: quod eam patrem perſequentem cum cane, ut ignotam & ſolitariam oportebat, mendicam appellabant, quas Græci *ἀλτιδας* nominant. Præterea Canicula exoriens, aſtu eorum loca & agros fructibus orbabat: & ipſos morbo affectos, pœnas Icario cum dolore ſuſſerre cogebat, eo quod latrones recepiſſent. Quorum rex Ariſteus Apolliniſ & Cyrenes filius, Alceon pater, petiit à parente, quo factò à calamitate civitatem poſſet liberare: quem deus iubet mutis hoſtijs expiare Icarij mortem, & ab Ioue petere, ut quo tempore Canicula exoriretur, dies quadraginta ventum daret qui aſtu canicula mederetur. Quod iuſſum Ariſteus conſecit, & ab Ioue impetravit ut Eteſia fluere: quas nonnulli Eteſias dixerunt, quod quos annis certo tẽpore: exoriuntur *ἔτος* enim Græce, annus eſt Latine. Nonnulli etiam Eteſias appellaverunt, quod expoſtulatæ ſunt ab Ioue, & ita cõceſſe. Sed de hoc in medio relinquamus, ne nos omnia præcipuiſſe exiſtimemur. Sed ut ad propoſitum revertamur, Hermippus quide ſideribus ſcripſit, ait, Cererem cum Iaſione Thuſci filio concubiſſe: quamobrem fulmine percuſſum complures cum Homero dixerunt. Ex hijs, ut Petellides Gnoſius hiſtoriarum ſcriptor demonſtrat, naſcuntur filij duo, Philomelus & Plutus: quos negunt inter ſe conveniſſe: nam Plutum qui durius fuerit, nihil fratri ſuo de bonis conceſſiſſe: Philomelum autem neceſſario adductum, quodcumque habuerit, ex eo boues duos emiſſe, & ipſum primum plauſtrum fabricatum eſſe: itaque arando & colendo agros, ex eo ſe aluiſſe, cuius matrem inuentum miratam, ut arantem eum inter ſidera conſtituiſſe, & Bootem appellaiſſe. Ex hoc autem Pareanta demonſtrant natum, qui de ſuo nomine Parios, & oppidum Paron appellavit.

CORONA. Hac exiſtimatur Ariadnes fuiſſe, à Libero patre inter ſidera collocata. Dicitur enim in inſula Dia cum Ariadne Libero nuberet, hanc primum coronam muneri à Venere & Horis accepiſſe, cum omnes dij in eius nuptijs dona conferrent. Sed (ut ait qui Cretica conſcripſit) quo tempore Liber ad Minoa venit, cogitans Ariadnen comprimere, hanc coronam ei muneri dedit: qua delectata, non recuſavit conditionem ſtupri. Dicitur etiam à Vulcano facta ex auro & Indiciſ gemmis, per quas Theſeus exiſtimatur de tenebris Labyrinthi ad lucem veniſſe. quod aurum & gemma in obſcuro fulgorem luminis efficiebant. Qui autem Argolica conſcripſerunt, hanc aſſerunt cauſam: Quod Liber cum impetraſſet à parente ut Semelem matrem ab Inferis reduceret, & quarens ad eos deſcenſionem, ad Argiuorum fines perueniſſet, obuiam ei quendam factum nomine Hypolipnum, hominem dignum eius ſeculi, qui petenti Libero deſcenſionem monſtraret. Hunc autem cum viſiſſet Hypolipnus puerum ætate miranda corporis pulchritudine reliquis præſtantem, mercedem petiſſe ab eo qua ſine detrimento eius daretur. Liberum autem matris cupidum, ſi eam reduxiſſet, iuraſſe, quod vellet, ſe facturum: ita tamen, quod deus homini non pudenti iuraret: pro quo Hypolipnus deſcenſum monſtravit. Igitur cum Liber ad eum locum veniſſet & vellet deſcendere, coronam quam à Venere muneri acceperat, depoſuit in eo loco, qui *σέφαιος* eſt è factò appellatus, noluit enim ſecum ferre, ne immortale donum mortuorum tactu coinquinaretur. Qui cum matrem incolumem reduxiſſet, Coronam dicitur inter aſtra collocaſſe, ut æterna memoria nominis efficeretur. Alij dicunt hanc Coronam Theſei eſſe, & hac re propter eum collocatam. Nam qui in aſtris dicitur Engonaſin, iſ Theſeus eſſe exiſtimatur, de quo poſterius plura dicemus. Dicitur enim, cum Theſeus Cretam ad Minoa cum ſeptem virginibus & ſex pueris veniſſet, Minoa de virginibus Eriboeam quandam nomine, candore corporis inductum, comprimere voluiſſe: quod cum Theſeus ſe paſſurum negaret, ut qui Neptuni filius eſſet, & valeret, contra tyrannum pro virginis incolumitate decertare. Itaque cum iam non de puella, ſed de genere Theſei controuerſia facta eſſet, utrum iſ Neptuni filius eſſet necne, dicitur Minos aureum annulum de digito ſibi detraxiſſe, & in mare proieciſſe: quem referre iubet Theſeum ſi vellet ſe credi Neptuni filium eſſe: ſo enim ex Ioue procreatum facile poſſe declarare. Itaque comprecatus patrem petijt aliquid ſigni, ut ſatiſfaceret ſe ex eo natum: ſtatimque tonitru

Et fulgere cœli, iudicium significationis fecisse. Simili de causa Theseum sine vlla precatōe aut religione parentis, in mare se proiecit: quem confestim delphinum magna multitudo mari prouoluit, lenissimè fluctibus ad Nereidas perduxit: à quibus annulū Minois, Et à Theride coronam, quam nuptijs à Venere muneris acceperat, retulit, compluribus lucentem gemmis. Alij autem à Neptuni vxore accepisse dicunt. Coronam Ariadna Theseus dono dicitur dedisse, cum ei propter virtutem Et animi magnitudinem vxor esset concessa: hanc autem post Ariadnes mortem, Liberum inter sidera collocasse.

EN GONASIN. Hunc Eratosthenes Herculem dicit, supra draconem collocatum, de quo antè diximus, eumque paratum vt ad decertandum, sinistra manu pellem leonis, dextra clauam tenentem. Conatur interficere draconem Hesperidum custodem, qui nunquam oculos operuisse somno coactus existimatur, quo magis custos appositus esse demonstratur. De hoc etiam Panyasis in Heraclea dicit. Horum igitur pugnam Iupiter admiratus, inter astra constituit. Habet enim draco caput erectum: Hercules autem dextro genu nixus, sinistro pede capitis eius dextram partem opprimere conatur: dextra manu sublata vt feriens, sinistra proiecta cum pelle leonis, vt quam maxime dimicans appareat: et si sit, qui negat hoc quenquam (vt Aratus) posse demonstrare: tamen conabimur, vt aliquid verisimile dicamus. Ariadnus autem, vt antè diximus, hunc Cetea Lycaonis filium, Megistius patrem dicit, qui videtur vt lamentans filiam in vrsa figuram conuersam, genu nixus palmas diuersas tendere ad cœlum, vt eam sibi dij restituant. Hegesianax autem Thesea dixit esse, qui Træzene saxum extollere videtur: quod existimatur Aegæus sub eo saxo Ellopium enssem posuisse, Et Athra Thesei matri pradixisse, ne antè eum Athenas mitteret, quàm sua virtute lapide sublato, potuisset gladium patri referre. Itaque niti videtur, vt quam altissimè possit lapidem extollat. Hac etiā de causa nonnulli Lyram, qua proxima ei signo est collocata, Thesei esse dixerunt: quod vt eruditus omni genere artium, Lyram quoque didicisse videbatur. Idque Et Anacreon dicit: ἀρχοῦ δαὶ τεῦ ἀίρω θυρίος ἐς τὸ λυρῶν. Alij autem Thamyrin à musis excacatum, vt supplicem ad genua iacentem dicunt. Alij Orpheam à Thracijs mulieribus interfici, quod viderit Liberi patris initia. Aeschylus autem in fabula qua inscribitur, προμαθεὶς λυόμενος, Herculem ait esse, non cum dracone, sed cum Liguribus depugnantem. Dicit enim, quo tempore Hercules à Geryone boues abduxerat, iter fecisse per Ligurum fines, quos conatos ab eo pecus abducere, manus contulisse, Et complures eorū sagittis confixisse. Sed postquam Herculem tela deficerent, multitudine barbarorum Et inopia armorum defessum, se ingeniculasse, multis iam vulneribus acceptis: Iouem autem miserrum filij curasse vt circa eum magna lapidum copia esset: quibus se Herculem defendisse, Et hostes fugasse. Itaque Iouem similitudinem pugnantis inter sidera constituisse. Hunc etiam nonnulli Ixiona brachijs vinctis esse dixerunt: quod vni Iunoni voluerit asferre. Alij Prometheam in monte Caucaaso vinctum.

L I R A. Inter astra constituta est, hac, vt Eratosthenes ait, de causa: quod initio à Mercurio facta de testudine, Orpheo est tradita, qui Calliopes Et Oeagri filius, eius rei maxime studiosus. Itaque existimatur suo artificio feras etiam ad se audiendum allucuisse: qui querens vxoris Eurydices mortem, ad Inferos descendisse existimatur, Et ibi deorum progeniem suo carmine laudasse, præter Liberum patrem: hunc enim obliuione ductus prætermisit, vt Oeneus in sacrificio Dianam. Postea igitur Orpheus, vt complures dixerunt, in Olympo monte, qui Macedoniam diuidit à Thracia: sed, vt Eratosthenes ait, in Pangeo sedens, cum cantu delectaretur, dicitur Liber ei obiecissee Bacchas, qua corpus eius discerperent interfecti. Sed alij dicunt, quod initia Liberi sit speculatus, id ei accidisse: musas autem collecta membra sepultura mandasse, Et lyram qua maxime potuerant beneficio, illius memoria causa figuratam stellis inter sidera constituisse Apollinis Et Iouis voluntate: quod Orpheus Apollinem maxime laudaret, Iupiter autem filio beneficium concessit. Alij autem dicunt Mercurium, cum primum lyram fecisset, in Cyllene monte Arcadia, septem chordas instituisse ex Atlantidum numero: quod Maia vna ex illarum numero esset, qua Mercurij est mater. Deinde postea cum Apollinis boues abegisset, deprehensus ab eo quo sibi facilius ignosceret, petenti Apollini vt liceret dicere se inuenisse lyram, concessit, Et ab eo virgulam quandam muneri accepit: quam manu tenens Mercurius, cum proficisceretur in Arcadiam, Et vidiſset duos dracones inter se coniuncto corpore, alium, alium appetere, vt qui dimicare inter se viderentur, virgulam inter vtrumque subiecit, itaque discesserunt: quo facto eam virgulam pacis causa dixit esse constitutam. Nonnulli etiam cum faciunt Caduceos, duos dracones implicatos virgula faciunt: quod initium Mercurio fuerat pacis. Eius exemplo Et athletæ, Et in reliquis eiusmodi certationibus virgula vtuntur. Sed vt ad propositum reuertamur, Apollo lyra accepta dicitur Orpheam doctuisse: Et postquam ipse citharam inuenerit, illi lyram concessisse. Nonnulli etiam dixerunt, Venerem cum Proserpina ad iudicium Iouis venisse, cui earum Adonin concederet: quibus Calliopen ab Ioue datam iudicem, qua musa Orphei est mater. Itaque iudicasse, vt i dimidiam partem anni earum vnaqueque possideret. Venerem autem indignatam, quod non sibi propriū concessisset, obiecissee omnibus qua in Thracia essent mulieribus, vt Orpheam amore inducta, ita sibi quæque appeteret,

appeteret, ut membra eius disperperens: cuius caput in mare de mōre prelatum, fluctibus in insulam Lefbon est reiectum: quod ab his sublatum & sepultura est mandatum: pro quo beneficio ad musicam artem ingeniosissimi existimantur esse. Lyra autem à musis, ut antè diximus, inter astra constituta est. Nona nulli aiant, quòd Orpheum primus puerilem amorem induxerit, mulieribus visum contumeliam fecisse illi, ab hac re interfectum.

OLO R. Hunc Graci *Ὠλύρον* appellant, quem complures propter ignotam illi historiam, communè genere animi *ὄλρον* appellauerunt: de quo hac memoria prodita est causa: Iupiter cum amore inductus, Nemefin diligere cepisset, neque ab ea ut secum concuberet impetrare potuisset, hac cogitatione amore est liberatus: iubet enim Venerem aquila similas, se sequi, seseque ipse in olem conuertit, & ut aquilam fugiens ad Nemefin confugit, & in eius gremio se collocauit: quem Nemesis non aspernata, amplexu tenens, summo est consopita: quam dormientem Iupiter compressit, ipse autem auolauit: & quòd ab hominibus altè volans caelo videbatur, inter sidera dictum est esse constitutus: quod ne falsum diceretur, Iupiter è facto cum volantem, & aquilam sequentem, collocauit in mundo. Nemesis autem, ut quæ auium generi esset iuncta, mensibilibus actibus, omnium procreauit: quod Mercurius auferens, detulit Spartæ, & Leda sedenti in gremio proiecit, ex quo nascitur Helena, ceteras corporis specie præstans, quam Leda suam filiam nominauit. Alij autem cum Leda Iouem concubuisse in olem conuersum, dixerunt: de quo in medio relinquimus.

CEPHEVS. Hunc Euripides cum ceteris, Phœnicis filium, Aethiopum regem esse demonstrauit, Andromeda patrem, quam Ceto proposita notissima historia dixerunt: hanc autem Perseum à periculo liberatam, uxorem duxisse. Itaque ut totum genus eorum perpetuo maneret, ipsum quoque Cephea inter sidera superiores numerasse.

CASSIPEIA. De hac Euripides & Sophocles & alij complures dixerunt, ut gloriata sit se forma Nereidas præstare: pro quo facto inter sidera sedens in siliquastro constituta est: quæ propter impietatem vertente se mundo resupinato capite ferri videtur.

ANDROMEDA. Hac dicitur Minerva beneficio inter astra collocata, propter Persei virtutem, quòd eam Ceto propositam à periculo liberaret: nec enim ab ea minorem animi beneuolentiam pro beneficio accepit. Nam neque pater Cepheus, neque Cassiopia mater ab ea potuerunt impetrare, quin parentes & patriam relinquens Persea sequeretur. Sed de hac Euripides hoc eodem nomine fabulam commodissime scribit.

PERSEVS. Hic nobilitatis causa, & quòd inusitato genere concubitionis esset natus, ad sidera dicitur peruenisse: qui missus à Polydecte Magneti filio ad Gorgonas, à Mercurio qui eum dilexisse existimatur, talia & petasum accepit. præterea & galeam, qua indutus ex aduerso non poterat videri, Itaque Graci *ἄλδος* galiam dixerunt esse: non ut quidam inscientissime interpretantur, eum Oris galea usum: quates nemini docto potest probari. Fertur etiam à Vulcano falcem accepisse ex adamante factam, qua Medusam Gorgonem interfecit: quòd factum nemo conscripsit. Sed ut ait Aeschylus Tragicarum scriptor in Phorcys, Græci fuerunt Gorgonum custodes: de quo in primo libro Genealogiarum scripsimus, quæ utraque uno oculo vasa existimantur, & ita suo quaque tempore accepto oculo vigilas egisse. Hunc Perseus una earum tradente, exceptum in paludem Tritonida proiecit. Itaque custodibus excacatis, facile Gorgonem somno consopitam interfecit: cuius caput Minerva in pectore dicitur habere collocatum. Eubemernus quidem Gorgonem à Minerva dicit interfectam: de quo alio tempore plura dicemus.

HENIOCHVS. Hunc nos Aurigam Latine dicimus, nomine Erichthonium, ut Eratosthenes monstrat: quem Iupiter cum vidisset primum inter homines equos quadrigis iunxisse, admiratus est ingenium hominis, ad solinuenta accessisse: quod is princeps quadrigis inter deos est usus: sed Erichthonium & quadrigas, ut antè diximus, & sacrificia Minervæ, & templum in arce Atheniensium primus instituit: de cuius progenie Euripides ita dicit: Vulcanum Minervæ pulchritudine corporis inductum, petisse ab ea ut sibi nuberet, neque impetrasse: & cepisse Minervam sese occultare in eodem loco, qui propter Vulcani amorem Hephestium est appellatus: quo persecutum Vulcanum, ferunt cepisse ei vim asferre: & cum plenus cupiditatis ad eam ut complexui se applicaret repulsus, effudit in terram voluptatem. Quo Minerva pudore permota, pede puluerem iniecit. Ex hoc autem nascitur Erichthonius anguis, qui ex terra & eorum disensione nomen possedit. Eum dicitur Minerva in cistula quadam ut mysteria cōtectum, ad Erichthoni filias detulisse, & his dedisse seruandum: quibus interdixit, ne cistulam aperirent. Sed ut hominum est natura cupida, ut eò magis appetant quòd interdicitur: sæpius virgines cistulam aperuerunt, & anguem viderunt: quo facto infans à Minerva micta, de arce Atheniensium se precipitauerunt: anguis autem ad Minervam clypeum confugit, & ab ea est educatus. Alij autem anguina tantum crura habuisse Erichthonium dixerunt, cumq; primo tempore adolescentie ludos Minervæ Panathenæas fecisse, & ipsum quadrigis con-

gi concurrisset pro quibus factis inter sidera dicitur collocatus. Nonnulli etiam qui de sideribus scripserunt, hunc natione Argeum, Orsilochem nomine, primum quadrigarum inuentorē esse dixerunt, & pro inuentione siderum locum possedisse. Alij autem hunc Mercurij filium ex Elicia natum nomine Myrsilum, Oenomai aurigam definerunt, cuius post notam omnibus mortem apparens corpus in mundo constituisse existimatur. Huius in humero sinistro Capra instare & in manu sinistra Hædi videntur formati: De quibus nonnulli ita dicunt: Olenum quendam fuisse nomine Vulcani filium: ex hoc duas nymphas Aegæ & Helicen natas, quæ Iouis fuerunt nutrices. Alij autem etiam ab his vrbes quasdam appellari dixerunt, & Olenon in Aulide, Helicen autem in Peloponneso, & Aegam in Aemonia ibi nominari: de quibus Homerus in Iliados secundo dicit. Parmeniscus autem ait, Melisea quendam fuisse Cretæ regem: ad eius filias Iouem nutriendum esse delatum, quæ quod lac non habuerint, capram ei admisisse, Amalthæam nomine, quæ eum dicitur educasse. Hanc autem geminos hædos solitam esse procreare, & ferre eo tempore peperisse, quo Iupiter nutriendus est allatus. Itaque propter beneficium matris & hædos quoque dicitur inter sidera collocasse. Hos autem Hædos Cleostratus Tenedius dicitur primus inter sidera ostendisse. Musæus autem dicit Iouem nutritum à Themide & Amalthæa nymphe, quibus eum mater Ops tradidisse existimantur: Amalthæam autem habuisse capram quandam ut in delirij, quæ Iouem dicitur aluisse. Nonnulli etiam Aegam Solis filiam dixerunt, multum candore corporis præstantem, cui contrarius pulchritudini horribilis aspectus existeret: quo Titanes perterriti petierunt à Terra ut eius corpus obscuraret: quam Terra specu quodam celasse dicitur in insula Cretæ: quæ postea Iouis fuisse nutrice, ut ante ostendimus, demonstratur. Sed cum Iupiter fidens adolescentia, bellum contra Titanas apparatus: responsum est ei, si vincere vellet, ut alyxōs pelle tectus & capite Gorgonis, bellum administraret, quæ Aegida Græci appellauerunt. Itaque factō eo quod supra declarauimus, Iupiter Titanas superans regnum est adeptus, & reliqua ossa alyxōs caprina pelle contexta, anima donauit, & stellis figuratam memoria commendauit: & postea quibus ipse vicerat tectus, Mineruæ concessit. Fubemierus ait Aegam quandam fuisse Panos uxorem: eam ab Ioue compressam peperisse: quem viri sui Panos diceret filium. Itaque puerum Asgipana, Iouem verò Aegiochum dictum: qui quod cum diligeret plurimum, inter astra capræ figura, memoria causa collocauit.

OPHIVCHVS, qui apud nostros scriptores Anguitenens dictus est, supra Scorpionem constitutus, tenens manibus anguem medium corpus eius implicantem. Hunc complures Carnabonta dixerunt nomine, Getarum regem, qui sunt in Mysia regione, fuisse: qui eodem tempore regno est potitus, quo primum semina frugum mortalibus tradita esse existimantur. Ceres enim cum sua beneficia largiretur hominibus, Triptoleum, cuius ipsa fuerat nutrix, in curru draconum collocatum (qui primus hominum vna rota dicitur vsus, ne cursu moraretur) iussit omnium nationum agros circumeuntem semina partiiri: quod facilius ipsi posterique eorum à sero victu segregarentur. Qui cum peruenisset ad eum, quem supra diximus, Getarum regem, ab eo primum hospitaliter acceptus: deinde, non ut beneficis aduena & innocens, sed ut crudelissimus hostis insidijs captus, aliorum paratus producere, suam penè perdidit vitam. Carnabontis enim iussu cum draco vnus eorum esset interfectus, ne cum Triptolemus sensisset insidias sibi parari, curru præsidium sibi constituere speraret: Ceres eo venisse, & erepto adolescenti currum, dracone altero subiecto, reddidisse: regem pro capto maleficio poena non mediocri affecisse. Hegefanax enim dicit, Cererem memoria hominum causa ita Carnabonta sideribus figurasse, manibus tenentem draconem, ut interficere existimeretur: qui ita vixerat acerbè, ut iocundissimam sibi conscisceret mortem. Alij autem Herculem esse demonstrant, in Lydia apud flumen Sagarim anguem interficientem: qui & homines complures interficiebat, & ripam frugibus orbabat. Pro quo factō ab regina Omphala quæ ibi regnabat, multum ornatum muneribus Argos remissum: ab Ioue autem propter fortitudinem inter sidera collocatum. Nonnulli etiam Triopam Thebalorum regem dixerunt esse: qui cum suum domicilium tegere conaretur, Cereris ab antiquis collocatum diruisset templum. Pro quo factō à Cerere fame obiecta, nunquam postea frugibus ullis saturari potuisse existimatur. Nouissime prope ad terminum vita dracone obiecto, mala plurima perpeßus, aliquando mortem adeptus, inter astra Cereris voluntate est constitutus. Itaque adhuc videtur eum draco circumplexus æterna inærentem afficere poena, Polyxelus autem Rhodius hunc Phorbantæ nomine demonstrat, qui Rhodij auxilio maximo fuisse demonstratur. Nam cum eorum insulam serpentium multitudine occupatam, ciues Ophiussam appellassent, & in ea multitudine ferarum draco fuisset ingenti magnitudine, qui plurimos eorum interfecisset, & patria denique deserta cære cõgisset, dicitur Phorbæ Triopæ filius ex Hiscilla Myrmidonis filia natus, eo tempestate delatus, omnes feræ & eum draconem interfecisse: qui cum maxime Apollini dilectus esset, locatus inter sidera dicitur, ut interficiens draconem, laudis & memoria causa videretur. Itaque Rhodij quoriescunque à litore longius prodeunt, classes prius sacrificant Phorbantis aduentui, talis ut illi euentus inopinatus

virtutis accidat ciuibas, qualis inscium Phorbæa futura laudis ad sidera gloria pertulit casus. Complures etiam astrologi hunc Aesculapiū finxerunt, quē Iupiter Apollinis causa inter astra collocauit. Aesculapius enim cum esset inter homines, & tantum medicina ceteris praeferret, ut non satis ei videretur hominum dolores leuare, nisi etiam mortuos reuocaret ad vitam, nouissime fertur Hippolytum, qui iniquitate nonerca, & inscientia parentis erat interfectus, sanasse, ita ut Eratosthenes dicit. Nonnulli Glaucum Minois filium eius operareuixisse dixerunt: pro quo ut peccato, Iouem domū eius fulmine incendiisse: ipsum autem propter artificium & Apollinem eius patrem inter sidera anguem tenentem constituisse. Ut quidam dixerunt, hac de causa anguem dicitur tenere: quod cum Glaucum cogeretur sanare, conclusus quodam loco secreto, bacillum tenens manu, cum quid ageret cogitaret, dicitur anguis ad bacillum eius arrepsisse: quem Aesculapius mente commotus interfecit, bacillo fugientem feriens sapius. Postea fertur alter anguis eodem venisse, ore ferens herbam, & in caput eius imposuisse: quo facto, utrosque loco fugisse: qua re Aesculapium usum, & eadem herba Glaucum reuixisse. Itaque Anguis & in Aesculapii tutelam, & in astris dicitur collocatus: qua consuetudine ducti posterius eius tradiderunt reliquis, ut medicis anguibz vterentur.

SAGITTA. Hanc unam de Herculis telis esse demonstrant, qua Aquilā dicitur interfecisse, qua Prometheus iocinora fertur exedisse: de quo pluribus verbis dicere non inutile videtur. Antiqui cum maxima ceterum deorum immortalium sacrificia administrarent, soliti sunt totas hostias in sacrorum consumere flamma. Itaque cum propter sumptus magnitudinem sacrificia pauperibus non obtingerent, Prometheus qui propter excellentiam ingenij miram, homines finxisse existimatur, recusatione dicitur ab Ioue impetrasse, ut partem hostiae in ignem coniecerent, partem in suo consumerent victu: idque postea consuetudo confirmavit. Quod cum facile a deo, non ut ab homine auaro impetrasset, ipse Prometheus immolat taurum duos, quorum primum iocinora cum in ara posuisset, reliquam carnem ex utroque tauro in unum compositam corio bubulo textit: ossa autem quae circa fuerunt reliqua, pelle cuncta in medio collocavit, & Ioui fecit potestatem, ut quam vellet eorum sumeret partem. Iupiter autem et si non pro diuina fecit cogitatione, neque ut deum licebat, omnia quae debuit autem providere: sed (quoniam credere instituius historijs) deceptus a Promotheo, verumque putans esse taurum, delegit ossa pro sua dimidia parte. Itaque postea in solennibus & religiosis sacrificijs carne hostiarum consumpta, reliquias quae pars fuit deorum, eodem igni comburunt. Sed ut ad propositum reuertamur: Iupiter cum factum rescisset, animo permoto mortalibus eripuit ignem: ne Prometheus gratia plus deorum potestate valeret, neue carnis usus utilis hominibus videretur, cum concoqui non posset. Prometheus autem consuetus insidiari, sua opera ereptum mortalibus ignem restituere cogitabat. Itaque ceteris remotis, deuenit ad Iouis ignem: quo diminuto & in ferulam coniecto, latus ut volare, non currere videretur, ferulam iactans, ne spiritus interclusus vaporis exstingeret in angustia lumen. Itaque homines adhuc plerumque qui letitia fiunt nuncij, se terrime veniunt. Praeterea in certatione ludorum cursoribus instituerunt ex Prometheus consuetudine, ut currerent lampadem iactantes. Pro quo Iupiter facto mortalibus parem gratiam referens, mulierem tradidit huius, quam a Vulcano factam deorum voluntate omni munere donauit, itaque Pandora est appellata: Prometheum autem in monte Scythiae nomine Caucaaso ferrea catena vinxit: quae alligata ad triginta milia annorum Aeschylus tragoediarum scriptor ait. Praeterea admisit ei Aquilam, quae assidue noctu renascentia iocinora exeset. Hanc autem Aquilam nonnulli ex Typhone & Echidna natam: alij ex Terra & Tartaro: complures Vulcani factam manibus demonstrant, animamque ei ab Ioue traditam dicunt. Sed de eius solutione haec memoria prodita est causa: Cum Iupiter Thetidis connubium pulchritudine corporis inductus peteret, neque a timida virgine impetraret, neque ea re minus efficere cogitaret, illo tempore Parcae feruntur cecinisse fata, quae perfici natura voluit rerum: dixerunt enim, quicumque Thetidis fuisset maritus, eius filium patre fore laude clariorem: quod Prometheus non voluit, sed necessitudine vigilans auditum Ioui nunciauit: qui veritus id quod ipse Saturno patri fecisset in simili causa, ne patris regno priuatus cogeretur, desistit Thetim velle ducere uxorem: & Prometheo pro beneficio meritam retulit gratiam, cumque vinculis liberauit: neque id quod fuerat iuratum, remisit vacuum omni alligationi futurum. Sed memoria causa ex utraque re, hoc est lapide & ferro, dignum sibi vinciri insit: qua consuetudine homines usi, quo satisfacere Prometheo viderentur, annulos lapide & ferro conclusos habere coeperunt. Nonnulli etiam coronam habuisse dixerunt, ut se victorem impune peccasse diceret. Itaque homines in maxima letitia victorūque coronas habere instituerunt: id in exercitationibus & conuiuijs perspicere licebit. Sed, opinor, ad initium causa & interitum Aquila reuertamur. Hercules missus ab Eurytheo ad Hesperidum mala, nescius via deuenit ad Promethea, quem in Caucaaso monte vinctum fuisse supra diximus: a quo via demonstrata victoria, dum iter faceret, contendit ut & draconem, de quo ante diximus, interfectum diceret, & gratiam pro beneficio referret: nam confestim

honorem quem potuit, reddidit merenti. Qua dimissa homines instituerunt, ut hostijs immolatio iocinora consumerent in deorum altariis, ut exsaturate eos pro visceribus Promethei viderentur. Ut Eratoſthenes autem de Sagitta demonstrat, hac Apollo Cyclopes interfecit, qui fulmen Iouis fecerunt, quo Aesculapium interfectum complures dixerunt. Hanc autem sagittam in Hyperboreo monte Apollinem defodisse. Cum autem Iupiter ignoueret filio, ipsam sagittam vento ad Apollinem perlatam cum frugibus, qua eo tempore nascebantur. Hanc igitur ob causam inter sidera demonstrant.

AQVILA. Hec est qua dicitur Ganymedem rapuisse, & amanti Ioui tradidisse: hanc etiam Iupiter primus ex auium genere sibi delegisse existimatur: qua sola tradita est memoria, contra solis exorientis radios contendere volare: itaque super Aquarium volare videtur. Hunc enim complures Ganymedem esse finxerunt. Nonnulli etiam dixerunt Meropem quendam fuisse, qui Coon insulam tenuerit regno, & a filia nomine Coon, & homines ipsos a se Meropas appellaret. Hunc autem habuisse uxorem quandam nomine Etchemeam, genere Nympharum procreatam: qua cum defecit colere Dianam, ab ea sagittis figi cepit, tandemque a Proserpina viua ad inferos arrepta est: Meropē autē desiderio vxoris permotū, mortem sibi consciscere voluisse: Iunonem autem misertā eius, in Aquilā corpus eius conuertisse, & inter sidera constituisse: ne si hominis effigie eum collocaret, nihilominus memoriam tenens, coniugis desiderio moueretur. Aglaosthenes autem qui Naxica scripsit, ait Iouem Creta surreptum, Naxum delatū, & ibi esse nutritum: qui postquam peruenerit, ad virilem etatem, & voluerit bello laceſcere Titanas, sacrificanti eī Aquilam auspiciatam: quo auspicio vsum esse, & eam inter astra collocasse. Nonnulli etiam dixerunt Mercurium alij autem Anapladem pulchritudine Veneris inductum in amorem incidisse: & cum ei copia non fieret, animum, ut contumelia accepta defecisse: Iouem autē misertū eius, cum Venus in Acheloo flumine corpus ablueret, misisse aquilam, qui soccum eius in Amythaoniam Aegyptiorum delatum Mercurio traderet: quem persequens Venus ad cupientem sui peruenit: qui copia facta, pro beneficio Aquilam mendo collocauit.

DELPHINVS. Hic qua de causa sit inter astra collocatus, Eratoſthenes ita cum ceteris dicit: Neptunum quo tempore voluerit Amphitritem ducere vxorē, & illa cupiens conseruare virginis atem, fugeret ad Atlanta, complures eam quasitum dimisisse: in his & Delphina quendam nominasse, qui peruagatus insulas, aliquando ad virginem peruenit, eique persuasit ut nuberet Neptuno, & ipse nuptias eorū administrauit: pro quo factum inter sidera Delphini effigiem collocauit. Et hoc amplius: qui Neptuno similia faciunt, Delphinum aut in manu, aut sub pede eius constitutū videmus, quod Neptuno gratissimū esse arbitrantur. Aglaosthenes autem qui Naxica conscripsit, Tyrrenos ait fuisse quosdam nauicularios: qui puerum etiam Liberum patrem receptum, ut Naxum cum suis comisibus transuectū, redderent matricibus nymphis: a quibus eum nutritum & nostri in progenie deorum esse, & complures Graeci dixerunt: Sed ut ad propositū reuertamur. Nauicularij spe preda inducī, nauē auertere voluerunt: quod Liber suspicatus, comites suos iubet symphoniā canere: quo sonitu inaudito Tyrreni, cum vsque adeo delectarentur, ut etiam in saltationibus essent occupati, cupiditate saltandi se in mare proiecerunt inscī, & ibi delphini sunt facti: quorum cogitationem cum Liber memoria hominum tradere voluisset, vnus effigiem inter sidera collocauit. Alij autem dicunt, hunc esse Delphina, qui Ariona cirrhædū ex Siculo mari Tanarum transuectum: qui cum ceteros artificio prestaret, & circum insulas quasius causa vagaretur, seruuli eius arbitrati plus in perfidiosa libertate commodi, quā in placida seruitute esse, cogitare ceperunt, ut domino in pelagus proiecto, bona eius inter se partirentur: qui cum cogitationem eorum sensisset, petijt non ut dominus a seruis, & innocens ab improbis, sed ut parens a filiis, ut se liceret ornare, qua saepe vicerat veste, quoniam nemo esset alius, qui, ut ipse, suum quasitū prosequeretur euentum. Quod cum impetrasset, cirrhæa sumpta, suam cepit deslere mortē: quo sonitu ducti delphines, e toto mari promatant ad Arionis cantum. Itaque deorum immortalū potestate inuocata, super eos se deiecit: quorū vnus Arionae exceptum pertulit ad Tanarum litus. Cuius memoria causa, qua ibi statua est Arionis, in ea delphini simulacrum affixum videtur pro qua re inter sidera ab antiquis astrologis est figuratum. Seruis autem, qui se putabant seruitute elapsos, tempestate Tanarum perducti, a domino comprehensi, non mediocri supplicio sunt affecti.

EQVVS. Hunc Aratus & alij complures, Pegasum Neptuni & Medasæ Gorgonis filium dixerunt: qui in Helicone Boetia monte ungula feriens saxum, fontem aperuit, qui ex eius nomine Hippocrene est appellatus. Alij dicunt, quo tempore Bellerophontes ad Prætum Abantis filium, Argiuorum regem deuenerit, Antiam regis vxorem hospitij amore inductam, petijſſe ab eo, uti sibi copiam faceret, promittens ei coniugij regnum. Quæ cum impetrare non posset, verita ne se ad regem crimineretur, occupat: eum sibi vim asferre voluisse Præto dicit. Qui quod eum dilexerat, noluit ipse supplicium sumere, sed quod equū esse sciebat, misit eum ad Iobatē Antia patrem, quam alij Sthenobiam dixerunt: ut ille filia pudicitiam

siam defendens, Bellerophontem obijceret Chimara, quae eo tempore Lyciorum agros flamma vastabat. Unde victor profugiens, post fontis inuentionem cum ad caelum contenderet enolare, neque longe iam abesset, despicens iam ad terram, timore permotus decidit, ibique perisse dicitur: equus autem subuolasse, & inter sidera ab Ioue constitutus existimatur. Alij non criminantur ab Antia, sed ne saepius audiret quod noller, aut precibus eius moneretur, profugisse Argis dixerunt. Euripides autem in Menalippa, Hippen Chironis centauri filiam, a bea antea appellatam dicit: quaecumque aletur in monte Pelio, & studium in penando maximum haberet, quodam tempore ab Aolo Hellenis filio Iouis nepote persuasam, concepisse: cumque iam partus appropinquaret, profugisse in syluam, ne patri, cum virginem speraret, nepotem procreasse videretur. Itaque cum patrem eam persequeretur, dicitur illa petisse à deorum potestate, ne pariens, a parente conspiceretur. Quae deorum voluntate postquam peperit, in equam conuersa, inter astra est constituta. Nonnulli eam vetem dixerunt fuisse: sed quod deorum consilia hominibus sit enunciare solita, in equam esse conuersam. Callimachus autem ait, quod desierit venari & colere Dianam, in quam, supra speciem diximus, eam Dianam conuertisse. Hac dicitur etiam hac re non esse in conspectu Centauri, quem Chirona esse nonnulli dixerunt: & etiam dimidiam apparere, quod noluerit sciri, se feminam esse.

DELTON. Hoc sidus velut litera est Græca in triangulo posita, itaque appellatur: quod Mercurius supra caput Arietis statuisse existimatur ideo, ut obscuritas Arietis huius splendore, quae loca esset, significaretur: & Iouis nomine, Græce Διός, primam literam deformatet. Nonnulli Aegypti positionem: alij, quae Nilus terminaret Aethiopiam & Aegyptum dixerunt: alij Siciliam figuratam putauerunt: alij quod orbem terrarum superiores trifariam diuiserunt, tres angulos esse constitutos dixerunt.

ARIES. Hic existimatur esse, qui Phrixum transfulisse & Hellen dictus est per Hellespontum: quem Hesiodus & Pherecydes ait habuisse auream pellem: de qua alibi plura dicemus. Sed Hellen decidisse in Hellespontum, & à Neptuno compressam, Paona procreasse complures, nonnulli Hedonum dixerunt. Præterea Phrixum incolumem ad Aesam peruenisse, autem Ioui immolasse, pellem in templo fixisse, & arietis ipsius effigiem ab Nube inter sidera constitutam, habere tempus anni quo frumentum seritur: ideo quod hortum seuerit ante, quae maxime fuge fuit causa. Et Eratosthenes ait, arietem ipsum sibi pellem auream detraxisse, & Phrixo memoria causa dedisse, ipsum ad sidera peruenisse: quare, ut supra diximus, obscurius videatur. Hanc autem nonnulli dixerunt in oppido Orchomenio, quod est in Bæotia, natum. Alij in Salomon Thesalia finibus procreatum. Alij dicunt Crethea & Athamantem cum alijs pluribus Aëoli filios fuisse. Nonnulli etiam Athamantis filium Salmonem esse, Aëoli nepotem dixerunt. Crethea autem habuisse Demodicen uxorem, quam alij Bindicen dixerunt. Hanc autem Phrixus Athamantis filij corpore inductam, in amorem incidisse, neque ab eo ut sibi copiam faceret, impetrare potuisset: itaque necessario coactum, criminari eum ad Crethea cepisse, quod diceret ab eo vim sibi penitus illatam, & horum similia mulierum consuetudine dixisse. Quo facto Crethea ut uxoris amantem & regem decebat permotum, Athamanti ut de eo supplicium sumeret persuasisse. Nubem autem interuenisse, & ereptum Phrixum & Hellen eius sororem in Arietem imposuisse, & per Hellespontum quam longissime posset, profugere iussisse: Hellen decidisse, & ibi debitum natura reddidisse, & ex eius nomine Hellespontum appellatam. Phrixum Colchos peruenisse, & ut ante diximus, Arietis interfecti pellem in templo fixisse: ipsam autem à Mercurio ad Athamantem esse reductam: qui patri eius satisfecerit, eum innocentia confisum profugisse. Hermippus autem dicit, quo tempore Liber Africam oppugnaverit, deuenisse cum exercitu in eum locum, qui propter multitudinem pulueris, Hammodes est appellatus. Itaque cum in maximum periculum deuenisset, quod iter necessario faciendum esse videbat, accessit eò, ut aqua maxima penuria esset: quo facto exercitus ad defectionem maximam venire cogeatur. Qui quid agerent dum cogitant, Aries quidam fortuito ad milites eorum errans pervenit: quos cum vidisset, fuga praesidium sibi paravit. Milites autem qui eum fuerant conspicati, & si pulvere & aestu pressi vix progrediebantur, tamen ut prædam ex flamma petentes, arietem sequi ceperunt usque ad eum locum, qui Iouis Hæmonis postea templo constituto, est appellatus. Quo cum pervenissent arietem quem consecuti fuerant, nusquam inuenire potuerunt: sed quod magis huius fuerat optandum, aquae magnam copiam in eo loco nati sunt, corporibusque recuperatis Libero statim nuntiarunt. Qui gaudens, ad eos fines exercitum deduxit, & Iouis Hæmonis templum cum arietinis cornibus simulacro facto constituit. Arietem inter sidera figuravit, ita, ut cum Sol in eius foret signo omnia nascencia recrearentur, quae veris tempore consunt: hac re maxime, quod illius fuga Liberi recreavit exercitum. Præterea XII. signorum principem voluit esse: quod illius optimus exercitus fuerit ductor. Sed de Hæmonis simulacro, Leon qui res Aegyptias conscripsit, ait: Cum Liber Aegyptum & reliquos fines regno teneret, & omnia primis hominibus ostendisse diceretur, Hæmonem quendam ex Africa venisse, & pecoris multitudine

ritudinem ad Liberū adduxisse, quo facilius & eius gratia uteretur, & aliquid primum inuenisse dicere-
tur. Itaque pro beneficio ei Liber existimatur agrum dedisse qui est contra Thebas Aegyptias: & qui simu-
lacula faciunt Hāmonis, capite cornuto instituit, ut homines memoria teneant, eum primū pecus ostē-
disse. Qui autē Libero factū voluerunt assignare, quod non petierit ab Hammonē, sed vltro ad eū sit adduc-
tus, Liberi cornuta simulacra fecerunt, & Arietem memoria causa inter sidera fixum dixerunt.

TAVRVS. Hic dicitur inter astra esse constitutus, quod Europam incolumem transuxerit Cretā,
ut Euripides dicit. Nonnulli aiunt, cum in bouem sit conuersa, ut Iupiter ei satis facere videretur, inter
sidera constituisse: quod eius prior pars appareat ut tauri, sed reliquum corpus obscurius videatur. Spe-
ctat autem ad exortum solem, cuius oris effigiem quae continent stella, Hyades appellantur. Has autem
Pherexydes Atheniensis Liberi nutrices esse demonstrat, numero septem, quas etiam antea Nymphas Do-
donidas appellatas. Harum nomina sunt haec, Ambrosia, Eudora, Pheyle, Coronis, Polyx, Phao, Thyene.
Haeduntur à Lycurgo fugata, & prater Ambrosiam omnes ad Tethyn profugisse, ut ait Asclepiades.
Sed ut Pherexydes dicit, ad Thebas Liberum perlatus Iunoni tradiderunt. Quam ubi causam ab Ione
gratia ei est relata, quod inter sidera sunt constituta. Pleiades autem appellatae sunt, ut ait Mna-
seas, quod ex Atlante & Pleione Oceani filia sint quindecim filiae procreatae, quarum quinque Hyades ap-
pellatas demonstrat, quod earum Hyas fuerit frater, à sororibus plurimum dilectus, qui cum venans à leo-
ne esset interfectus, quinque de quibus supra diximus lamentationibus assidue permota dicuntur in-
terisse, quare eas, quod plurimum de eius morte laborarent, Hyadas appellatas. Reliquas autem decem
sorores iliberae de sororum morte, & earum septē sibi mortem conscisse, quare, quod plures idem sen-
serunt, Pleiadas dictas. Alexander autē Hyadas ait dictas, quod Hyantis & Boetia sunt filiae, Pleiadas
autem quod ex Pleione Oceani filiae, & Atlante sunt natae. Ha numero septem dicuntur: sed nemo am-
plius quā sex videre potest. Cuius causa proditur haec, quod de septem, sex cum immortalibus concu-
buerunt, tres cum Ioue, dua cum Neptuno, vna cum Marte, reliqua autem Sisyphi fuisse vxor demonstra-
tur. Quarum ex Electra & Ioue, Dardanum: ex Maia, Mercurium: ex Taygete, Lacedaemona procrea-
tum: ex Alcinoe autē & Neptuno, Hyrea: ex Celeno Lycum & Nyctea natum. Martem autem ex
Sterope Oenomaum procreasse, quam alij Oenomai dixerunt vxorem: Metopem autem Sisypho nuptam
Glaucum genuisse: quem complures Bellerophontis patrem esse dixerunt. Quare propter reliquas sor-
ores eius inter sidera constitutam: sed quod homini nupsit, stellam eius obscuratam. Alij dicunt Ele-
ctram non apparere, ideo quod Pleiades existimentur choream ducere stellis. Sed postquam Troia sit ca-
pta, & progenies eius quae à Dardano fuerit, sit eversa, dolore permotam, ab his se remouisse, & in circulo
qui Arcticus dicitur constituisse: & quidam longo tempore lamentantem capillo sparso videri, itaque è fa-
cto Cometem esse appellatam. Sed has Pleiadas antiqui astrologi seorsum à Tauro deformauerunt,
ut antē diximus, Pleione & Atlante filias: quae cum per Boetiam cum puellis iter faceret, Oriona concu-
tatum voluisse ei vim asferre, illam fugere coepisse: Oriona autem secutum esse annis septem, neque eam in-
uenire potuisse. Iouem autem puellarum misertum, inter astra constituisse: & postea à nonnullis astro-
logis caudam Tauri appellatas. Itaque adhuc Orion fugientes eas ad occasum sequi videtur. Eas stellas
Vergilii nostri appellauerunt, quod post ver exoriuntur: & haec quidem ampliorem ceteris habent bono-
rem: quod in earum signo exoriente Sole, aestas significatur: occidente autem, hiems ostenditur, quod alijs
non est traditum signis.

GEMINI. Hos complures astrologi Castorem & Pollucem esse dixerunt: quos demonstrant om-
nium fratrum inter se amanti sumos fuisse: quod neque de principatu contenderunt, neque ullam rem sine
communi consilio gesserunt. Pro quibus officijs eorum Iupiter inter notissima sidera eos constituisse exi-
stimatur. Neptunum autem pari consilio munerae: nam equos his quibus utuntur, donauit: & dedit
potestatem naufragijs saluti esse. Alij dixerunt Herculem esse & Apollinem. Nonnulli etiam Triptole-
mum, quem supra diximus, & Iasiona à Cerere dilectos, & ad sidera perlatos. Sed qui de Castore & Pol-
luce dicunt, hoc amplius addunt, ut Castor in oppido Ariadnis sit occisus, quo tempore Lacedaemonij cum
Atheniensibus bellum gesserunt. Alij autem cum oppugnarent Spartam Lynceus & Idas, ibi perisse dixe-
runt. Pollucem ait Homerus concessisse fratri dimidiam vitam: itaque alternis diebus eorum quenque lu-
cere.

CANCER. Hic dicitur Iunonis beneficio inter astra collocatus: quod cum Hercules contra Hydrā
Lernaam constitisset, ex palude pedē eius mordicū arripuisset: quae de re Hercule permotum, cum interse-
cisse: Iunonem autem inter sidera constituisse, ut esset cum duodecim signis, quae maxime solis cursu con-
tinentur. In eius deformationis parte sunt quidā qui Asini appellantur, à Libero in testa Cancrī duabus
stellis figurati. Liber enim à Iunone furore obiecto, dicitur mente captus fugisse per Thesprotiam, cogitās
ad Iouis Dodonai templum peruenire, vnde peteret responsum, quo facilius ad pristinū statum mentis per-
ueniret,

audiret, sed cum venisset ad quandam paludem magnam quam transire non posset, de quibusdam duobus asellis obuijs factis dicitur vnum deprehendisse eorum, & ita esse transuectus, vt omnis aquam non tetigerit. Itaque cum venisset ad templum Iouis Dodonai, statim dicitur furore liberatus, & asellu gratiam retulisse, & inter astra eos collocasse. Nonnulli etiam dixerunt asino illi quo fuerat vectus, vocem humanam dedisse. Itaque postea eum cum Priapo de Natura contendisse, & victum ab eo interfectum, Pro quo Liberum eius miserum in sideribus annuerasse. Et vt sciretur id pro deo, non pro homine timido (quia Iunonem fugerit) fecisse, supra cancrum constituit, qui dea beneficio fuerat affixus astris. Dicitur etiam alia historia de Asellu, vt ait Eratosthenes. Quo tempore Iupiter bello gigantibus indictu, ad eos oppugnandos omnes deos conuocauit, venisse Liberum patrem, Vulcanum, Satyros, Silenos Asellu & alios, qui cum non longè ab hostibus abessent, dicuntur aselli perimuisse, & ita pro se quisque magnum clamorem & inauditum gigantibus fecisse, vt omnes hostes eorum clamore in fugam se coniecerint, & ita sine superati. Huius similis est historia de buccina Tritonis. Nam is quoque fertur, cum concham inuenit, tam exanasset secum ad gigantes tulisse, & ibi sonitum quandam inauditum per concham misisse. Hostes autem veritos de qua esset immanis fera ab aduersarijs adducta, cuius esset ille mugitus, fugam se mandasse, & ita victos in hostium potestatem peruenisse.

L E O. Hic dicitur à Ioue constitutus, quod omnium ferarum princeps esse existimatur. Nonnulli etiam hoc amplius dicunt, quod Herculi prima fuerit hac certatio, & quod eum inermis interfecerit. De hoc & Pisander & complures alij scripserunt: cuius supra simulacrum proximum est virgini. Sunt alia & Stella ad caudam Leonis in triangulo collocata, quas crines Berenices esse Conon Samius mathematicus & Callimachus dicit: cum Ptolemaus Berenicem Ptolemai & Arifoniu filiam sororem suam duxisset uxorem, & paucis post diebus Asiam oppugnatam profectus esset, vniuerse Berenicen, si victor Ptolemaus redisset, se detonsuram crinem: quo voto damnatum crinem in Veneris Arfinoes Zephyritidis posuisse templo: eosque postero die non comparuisse: quod factum cum rex agere ferret, Conon mathematicus (vt antè diximus) cupiens inire gratiam regis, dixit crinem inter sidera videri collocatum: & quasdam vacuas à figura septem stellas ostendit quas esse fingeret. Crinem hanc Berenicen nonnulli cum Callimacho dixerunt, equos alere, & ad Olympia mittere consuetam fuisse. Alij dicunt hoc amplius, Ptolemaum Berenices patrem multitudine hostiū perterritum fuga salutem petisse: filiam autē saepe consuetam, insiluisse in equū, & reliquam exercitus copiā constituisse, & complures hostium interfecisse, reliquos in fugā coniecisse: pro quo etiam Callimachus eam magnanimā dixit. Eratosthenes autē dicit & virginibus Lesbjs dotem quā cuique relictam à parente nemo solueret, iussisse reddi: & inter eas constituisse petitionem.

V I R G O. Hinc Hesiodus Iouis & Themidis filiam dicit: Atatus autem Astras & Aurora filiam existimari, quod eodem tempore fuerit cum auroa secula hominum, & eorum principem fuisse demonstrat: quā propter diligentiam & aequitatem, Iustitiam appellatam: neque illo tempore ab hominibus extraneas nationes bello laceffit as esse, neque nauigio quemquam usum esse, sed agris colendis vitam agere consueuisse. Sed post eorum obitum qui sint nati, eos minus officiosos, magis auaros capiisse fieri: quare minus Iustitiam inter homines fuisse conuersatam. Denique eam peruenisse vsque eò, dum diceretur. Heu heu genus hominū natū. Itaque iam non potuisse pari amplius, & ad sidera euolasse. Sed hanc alij Fortunam, alij Cererē dixerunt: & hoc magis non conuenit inter eos, quod caput eius nimium obscurum videtur. Nonnulli etiam Eriгонem Icarij filiam dixerunt, de qua supra diximus. Alij autem Apollinis filiam ex Chrysothemide natam, & infantem Parthenon nomine appelletam: eamque quod parua interierit, ab Apolline inter sidera collocatam.

SCORPIVS. Hic propter magnitudinem membrorum in duo signa diuiditur, quorum vnus effigie nostri Libram dixerunt. Sed omnino totum signum hac de causa statutum existimatur: quod Orion cum venaretur, & in eo exercitissimum se esse consideret, dixisse etiam Diana & Latona, se omnia quae ex terra exoriantur, interficere valere. Quare terram permotā, Scorpionem misisse, qui eum interficere demonstratur. Iouem autē vtriusque animum admiratū, Scorpionem inter astra collocasse, vt species eius hominibus documento esset, ne quis eorum de aliqua re sibi consideret. Dianam autem propter studiū Orionis petisse à Ioue, vt idem illi beneficium daret petens, quod Terra vltro tribuisset. Itaque eum constitutum, vt Scorpions oriatur, Orion occidat.

SAGITTARIVS. Hunc complures Centaurum esse dixerunt. Alij autem hac de causa negauerunt, quod nemo Centaurus sagittis sic vsus. Hic autem quaritur, cur equinus cruribus sit deformatus, & caudam habeat vt Satyri. Dicunt enim nonnulli hunc esse Croton nomine, Euphemes Musarū nutritu filiu, vt ait Sophocles tragediarum scriptor: eum domicilium in monte Helicone habuisse, & cum Musis solis delectari, nonnunquam etiam studio venationis exerceri. Itaque pro merita diligentia magnā laudem assecutum: nam & celestissimū in siluis, & acutissimum in musis factum esse. Pro quo studio illius pe-

visse Musas ab Ioue, ut in aliquo astrorum numero deformatetur. Itaque Iouem fecisse, ut cum omnia illius artificia uno corpore veller significare, crura eius equina fecisse, quod equo multum sit usus: & sagittas pro ingenio adiunxisse, ut ex his & acumen & celeritas esse videretur. Caudam satyricam in corpore fixisse: quod non minus hoc Musa, quam Liber Satyrus sit delectatus. Ante huius pedes stella sunt paucae in rotundo deformatae, quas coronam eius ut ludens abiectam, nonnulli dixerunt.

CAPRICORNVS. Huius effigies similis est Aegipani: quem Iupiter, quod cum eo erat nutritus, in sideribus esse voluit, ut Capram nutricem de qua ante diximus. Hic etiam dicitur, cum Iupiter Titanas oppugnaret, primus obiecisse hostibus timorē qui *πρωτος* appellatur, ut ait Eratosthenes: hac etiam de causa eius inferiorem partem piscis esse formationem, quod nutritibus, id est maritimis conchyliis, hostes sit iaculatus pro lapidum iactatione. Aegyptij autem sacerdotes & nonnulli poëte dicunt, cum complures dii in Aegyptum conuenissent, repente conuenisse eodem Typhona accerrimum giganta, & maxime deorum inimicum: quo timore permotos in alias figuras se conuertisse: Mercurium factum esse Ibm, Apollinem autem quae Threicia avis vocatur. Dianam merulam simulatam. Quibus de causis Aegyptios ea genera violari non sinere demonstrant: quod deorum imagines dicantur. Eodem tempore Pana dicunt in flumen se deiecisse, & posteriorem partem corporis, effigiem piscis, alteram autem hirci fecisse, & ita à Typhone profugisse, cuius cogitatum Iouem admiratum, effigiem eius inter sidera fixisse.

AQVARIVS. Hunc complures Ganymedem esse dixerunt: quem Iupiter propter pulchritudinem corporis ereptum parentibus, deorum ministrum fecisse existimatur. Itaque ostenditur ut aquam aliquā infundens. Hegehanax autem Deucalionia dicit esse: quod eo regnante, tanta vis aqua se de caelo profudit, ut catoclysmus factus esse diceretur. Eubulus autem Cecropem demonstrat esse, antiquitatem generis commemorans, & ostendens antequam vinum traditum sit hominibus, aqua in sacrificijs deorum usus esse, & ante Cecropem regnasse, quam vinum sit inuentum.

PISCES. Diogenetes Erythracus ait, quodam tempore Venerem cum Cupidine filio in Syriam ad flumen Euphratem venisse, & eodem loco repente Typhona giganta, de quo supra diximus apparuisse. Venerem autem cum filio in flumen se proiecisse, & ibi figuram piscium forma mutasse: quo facto, periculo esse liberatos. Itaque postea Syros qui his locis sunt proximi, destitisse pisces esitare: quod vereantur eos capere: ne simili causa aut deorum praesidia impugnare videantur, aut eos ipsos captare. Eratosthenes autē ex eo pisce natos homines dicit, de quo post dicemus.

ETVS. De hoc dicitur quod à Neptuno sit missus, ut Andromedam interficeret, de qua ante diximus, sed à Perseo sit interfectus, propter immanitatem corporis, & per illius virtutem inter sidera collocatus.

ERIDANVS. Hunc alij Nilum, complures etiam Oceanum esse dixerunt. Qui autem Nilum vult vocari, propter magnitudinem eius & utilitatem, aquisimū, esse demonstrant: praeterea quod infra eum quadam stella sit, clarior ceteris lucens, nomine Canopos appellata. Canopos autē insula flumine aluitur Nilo.

LEPVS. Hic dicitur Orionis Canem fugere venantē. Nam cum, ut oportebat, eum venatorem finxissent, voluerunt etiam hoc significare aliqua de causa: itaque leporem ad pedes eius fugientem finxerunt: quem nonnulli à Mercurio constitutum dixerunt, eique datum esse praeter cetera genera quadrupedum, ut alios pareret, alios haberet in ventre. Qui autem ab hac causa dissentiunt, negant oportere tam nobilem & tam magnum venatorem, de quo & ante in Scorpionis signo diximus, oportere fingi leporem venari: Callimachum quoque accusari, quod cum Diana scriberet laudes, eam leporum sanguine gaudere, & eos venari dixisset: Itaque Oriona cum Tauro decertantem fecerunt. Lepori autem hanc historiam memoria prodiderunt, apud antiquos in insula Lero nullum leporem fuisse, sed ex eorum ciuitate adolescentium quendam studio generis inductum, ab exteris finibus leporem feminā pregnantem attulisse, & ad eius partum diligentissime ministrasse. Itaque cum peperisset, compluribus eius ciuitatis studium incidisse, & partium precio, partim beneficio mercatores, omnes lepores alere coepisse. Itaque non longo intervallo tantam multitudinem leporum procreatam, ut tota insula ab his occupata diceretur: quibus cum ab hominibus nihil daretur, in femina eorum impetu facto omnia comederunt. Quo facto incolae calamitate affecti, cum fame forent oppressi, cōmuni consilio totius ciuitatis vix denique eos ex insula abigisse dicuntur. Itaque postea leporis figurā in astris constituisse, ut homines meminissent, nil esse tam exoptandum in vita, quin ex eo plus doloris quam laetitia capere posterius cogerentur.

ORION. Hunc Hesiodus Neptuni filium dicit, ex Euryale Minois filia natum. Concessum autem ei ut supra fluctus curreret, ut in terra: quemadmodū Iphiclo datum dicitur, ut supra aristas curreret, nec eas infringeret. Aristomachus autem dicit quendam Erythrea fuisse Thebū, Pindarus autē in insula Chio. Hunc autem cum Iouem & Mercuriū hospitio recepiſſet, periſſe ab his ut sibi aliquid liberorū nasceretur.

Itaque

Itaque quō facilius petillum impetraret, bouem immolasse, & his pro epulis apposuisse: quod cum fecisset, poposcisse Iouem & Mercurium, quod corium de boue fuisset detractum, & quod fecerant vina in corium infudisse, & id sub terra poni iussisse: ex quo postea natum puerum, quem Erythreus è facto Vriōne nomine appelleret: sed vetustate & consuetudine factum est, ut Orion vocaretur. Hic dicitur Thebiam Chium venisse, & Oenopionis filiam Meropem per vinum cupiditate incensus compressisse: pro quo factus ab Oenopione excasatus, & de insula eiecitus. Existimatur autem Lemnum ad Vulcanum peruenisse, & ab eo quendam ducem Cedalionā nomine accepisse: quem collo ferens ad Solem venisse, & ab eo sanatus, ut se vlcisceretur, Chium reuertisse, Oenopionem autem à ciuibus sub terra custoditum esse. Quem postquam se inuenire posse desperaret Orion, in insulam Cretam peruenisse, & ibi venari cœpisse cum Diana, & ei polliceri quæ supra diximus, & ita ad sidera peruenisse. Nonnulli autem aiunt, Orionem cum Oenopione propè nimia coniunctum amicitia vixisse: & quod ei voluerit suum studium in venando probare, Diana quoque pollicitum quæ supra diximus, & ita interfectum. Alij dicunt cum Callimacho, cum Diana vim voluerit afferre, ab ea sagittis esse confixum, & ad sidera propter venandi consimile studium deformatum. Ister autem dicit Orionem à Diana esse dilectum, & penè factum ut ei nupsisse existimaretur. Quod cum Apollo agrè ferret, & sæpè eam obiurgans nihil egisset, natantis Orionis longe caput solum videri conspiciat, contendit cum Diana, eam non posse sagittam mittere ad id quod nigrum in mari videretur. Quæ cum se vellet in eo studio maxime artificem dici, sagitta missa caput Orionis traiecit. Itaque eum cum fluctus interfectum ad litus eiecisset, & se eum Diana percussisse plurimum doleteret, multis eius obitum prosecuta lacrimis, inter sidera statuisse existimatur. Sed quæ post mortem eius Diana fecerit, in eius historijs dicemus.

CANIS. Hic dicitur ab Ioue custos Europe appositus esse, & ad Minos peruenisse, quem Procris Cephalus vxor laborantem dicitur sanasse, & pro eo beneficio Canem munere accepisse, quod illa studiosa fuerit venationis: & quod Canis fuerat datum, ne vlla fera praterire eum posset. Post eius obitum Canis ad Cephalum peruenit, quod Procris eius fuerat vxor: quem ille secum ducens Thebas peruenit, ubi erat vulpes cui datum dicebatur, ut omnes Canes effugere posset. Itaque cum in vnū peruenissent, Iupiter nescius quid faceret, ut Ister ait, utrosque in lapides conuertit. Nonnulli hunc Canem Orionis esse dixerunt, & quod studiosus fuerit venandi cum eo Canem quoque inter astra collocatum. Alij autem Icarj Canem esse dixerunt, de quo antè diximus: quæ multa proposita suos habent auctores. Sed Canis habet in lingua stellam vnā, quæ ipsa Canis appellatur: in capite autem alteram, quam Ister suo nomine statuisse existimatur, & Sirion appellasse, propter flammæ candorem: quod eiusmodi sit, ut prater ceteras lucere videatur. Itaque quō magis eam cognoscerent, Sirion appellasse.

PROCYON. Hic ante maiorem Canem videretur, sed à nonnullis Orionis esse existimatur: hæc etiam de causa Procyon est appellatus, sed ijdem omnibus historijs, quibus superior Canis annumeratur.

ARGO. Hanc nonnulli propter celeritatem Grace dixerunt Argo appellatam: alij, quod Argus eius fuerit inuentor. Hanc autem primam in mari fuisse complures dixerunt: & hac re maxime stellis esse figuratam. Hanc nauim factam Pindarus ait in Magnesia oppido, cui Demetrias est nomen. Callimachus autem in ijdem finibus ad Apollinis Atrij templum, quod Argonautæ proficiscentes statuisse existimantur in eo loco qui Pagasa vocatur, ideo quod nauis Argo ibi primum compacta dicitur, quod est Grace Παγασαί. Homerus hunc eundem locum in Thesalia finibus esse demonstrat. Aeschylus autem, ut nonnulli aiunt, à Minerva quandam materiam loquentem eodem esse coniunctam. Sed huius non tota effigies inter astra videtur: diuisa enim est à puppi vsque ad malum: significans, ne homines fractis nauibus pertimescerent.

CENTAVRVS. Hic dicitur nomine Chiron, Saturni & Philyra filius esse: qui non modo ceteros Centauros, sed homines quoque iustitia superasse, Aesculapium & Achillem nutritum existimatur: pietate igitur & diligentia effecit, ut inter astra numeraretur. Apud hunc Hercules cum diuerteretur, & simul cum Chirone sedens sagittas consideraret, fertur vna earum decidisse supra pedem Chironis, & ita eum interfecisse. Alij autem dicunt Centaurum miratum, quod tam breuibz sagittis tam magna corpora Centaurorum interfecerit, ipsum contendere arcum conatum: itaque ex eius manu sagittam prolapsam, in pedem eius incidisse: pro qua re Iupiter eius miserum, inter sidera eum constituit cum hostia quæ supra aram tenens immolare videtur. Hunc alij Pholon esse Centaurū dixerunt, eum qui auruspicio præter ceteros plurimum valuisset: itaque ad aram cum hostia venire Iouis voluntate figuratum.

AR A. In hac primum dij existimantur sacra & coniurationem fecisse, cum Titanas oppugnare conarentur: eam autem Cyclopes fecisse. Ab ea consuetudine homines dicuntur instituisse sibi, ut cum aliquā rem efficere cogitarent, prius sacrificarent, quàm agere inciperent.

HTDRA, in qua Coruus insidere, & Crater positus existimatur, de qua hanc habemus memoria pro-

ditam causam: Coruus Apollinis tutela usus, eo sacrificante missus ad fontem aquam puram peritum, vidit arbores complures ficorum imminutas: eas expectans dum maturefcerent, in arbore quadam earum, consedit. Itaque post aliquot dies coctis ficis, & à Coruo compluribus earum comestis, expectans Apollo Coruum, vidit eum cum Cratere pleno volare festinantem. Pro quo admisso eius dicitur, quod diu moratus sit Apollinem, qui coactus mora Corui, alia aqua est usus, hac ignominia eum affecisse, ut quandiu fici coquerentur, Coruus bibere non posset, ideo quod guttur habeat pertusum illis diebus. Itaque cum vellet significare sitim Corui, inter sidera constituit Cratera, & supposuit Hydram qua Coruum sitientem moraretur. videtur enim rostro sandam eius extremam verberare, ut tanquam finat se ad Crateram transire. Ister autem & complures dixerunt, Coronida Phlegya filiam fuisse: hanc autem ex Apolline Aesculapium procreasse: sed postea Ischym Elati filium cum ea concubuisse. Quod cum videret Coruus, Apollini nunciasse: qui cum fueris antea candidus, pro incommodo nuncio eum nigrum fecisse, & Ischym sagittis confixisse. De Cratera autem hanc historiam Philarchus scribit: In Chersoneso qua confinis est Troia, ubi Protefiali sepulchrum statutum complures dixerunt, vrbis Phlagusa nomine dicitur, in qua Demiphon quidam cum regnaret, incidit eorum finibus repentina vastitas & civium internecio miranda: quare Demiphontea per motum ferunt misisse ad Apollinis oraculum, querens remedium vastitatis. Responsio autem dato, ut quatuordecim vna de nobilium genere virgo dijs Penatibus eorum immolaretur: Demiphon omnium filias prater suas sorte ductas interfecit, usque dum cuidam civium loco nobilissimo eorum nato perdoluit inceptum Demiphonti: qui negare cepit de sua filia se passurum sortiri, nisi eodem regis filia essent coniecta. Quod factor ex permotus, illius filiam sine sorte ductam interfecit: quod Matufius nomine virginis pater instanti tempore simulavit se patria causa non agere ferre factum: potuisset enim postea sorte ducta nihilominus interire: quod paulatim dies regi in obliuionem perduxit. Itaque cum se propè amicissimum regi virginis pater ostendisset, solenne sacrificium se habere dixit, eumque & filias eius ad id conficiendum inuitavit: qui nihil aliter futurum suspicatus, filias ante misit, ut ipse occupatus in re civili postea veniret. Quod cum exoptanti Matufio accidisset, filias eius interfecit, & sanguinem earum cum vino in cratere mixtum aduenienti regi pro portione dari iussit. Qui cum filias desideraret, & quid his factum esset rescisset, Matufium cum cratere in mare proijci iussit: quo facto mare quod ille est proiectum, memoria causa Matufium mare vocatum est: portus autem adhuc Crater appellatur: quem antiqui astrologi stellis deformauerunt, ut homines meminissent, Maleficium neminem temere lucrari posse: neque obliuionem inimicitarum fieri solere. Nonnulli cum Eratosthene dicunt, eum Cratera esse quo Icarius fixus, cum hominibus ostenderet vinum. Alij autem dolium esse, quo Mars ab Eho & Ephialte sit coniectus.

PISCIS qui Notius appellatur. Hic videtur ore aquam excipere à signo Aquarii: qui laborantem quondam Isin seruasse existimatur: pro quo beneficium molatrum Piscis, & eius filiorum, de quibus ante diximus, inter astra constituit. Itaque Syri complures pisces non esitant, & eorum simulacra inaurata pro dijs Penatibus colunt. De hoc & Hegefas scribit.

RELIQVVM est nobis de quinque stellis, quas complures ut erraticas, ita *πλανήτας* Græci dixerunt. Quarum vna est Iouis nomine Phaëton quem Heraclides Ponticus ait, quo tempore Prometheus homines finxerit, hunc pulchritudine corporis reliquis præstantem fecisse, eumque suppressere cogitare, atque ut certum redderet Cupidinem, Ioui nunciasse. Quo facto missum Mercurium ad Phaëthonem, persuasisse ut ad Iouem veniret, & immortalis fieret: itaque eum inter astra collocatum.

SECVNDA stella dicitur Solis, quam alij Saturni dixerunt. Hanc Eratosthenes à Solis filio Phaëthona appellatam dicit: de quo complures scripserunt, ut patris inscienter curru vectus, incenderit terras: quo facto ab Ioue fulmine percussus, in Eridanum deiectus est, & à Sole inter sidera perlatus.

TERTIA est stella Martis, quam alij Herculis dixerunt, Veneris sequens stellam, hac (ut Eratosthenes ait) de causa: Quod Vulcanus cum uxorem Venerem duxisset, & propter eius obseruantiam Marti copia non fieret, ut nihil aliud asequi videretur, nisi sua stella Veneris sidus persequi à Venere impetravit. Itaque cum vehementer eum amor incenderet, rem significans, è facto stellam Piroënta appellavit.

QVARTA stella est Veneris, Lucifer nomine: quam nonnulli Iunonis esse dixerunt. Hunc eundem Hesperum appellari multis traditum est historijs. Hic autem omnium siderum maximus esse videtur. Nonnulli autem hunc Aurora & Cephalii filium esse dixerunt, pulchritudine multis præstantem: ex qua re etiam cum Venere dicitur certasse, ut etiam Eratosthenes dicit, eum hac de causa Veneris appellari: ex oriente sole, & occidente videri: quare, ut ante diximus, iure hunc & Luciferum, & Hesperum nominatum.

QVINTA stella est Mercurij nomine Stilbon: sed hac est brevis & clara: hac autem Mercurio data existimatur, quod primus menses instituerit, & peruiderit siderum cursus. Eubemerus autem primam ait Venerem astra constituisse, & Mercurio demonstrasse.

PRÆTEREA ostenditur circulus quidam in sideribus, candido colore, quem *Lactæum* esse nonnulli dixerunt. Eratosthenes enim dicit Mercurio infanti in sciam puero Iunonem dedisse lac: sed postquā eum rescierit Maia filium esse, reiecisse eum à se, & ita lactis profusi splendorem inter sidera apparere. Alij dixerunt dormienti Iunoni Herculem suppositum, & experrectam, id quod supra diximus, fecisse. Alij autem Herculem propter nimiam auiditatem, lactis multitudinem appetisse, neque in ore continere potuisse: quod ex ore eius profusum, circulum signasse. Alij dicunt quo tempore Ops Saturno lapidem pro parva tulit, iussisse ei lac præbere: quæ cum pressisset mammam, profuso lacte circulum deformatum, quem supra demonstrauimus. Nos autem omnium corporum deformationem dicere instituemus.

IGITUR incipiemus à polo Boreo protinus dicere, quo utraque *Arcti* nixe vehuntur, *Arctico* circulo clausæ, & ita collocatæ, ut alternis vnaquæque earum resupinata a caput alterius tegere videatur, ita tamen, ut caput eius quæ superior fueris, ad caudam inferioris contendat. Harum maior in extremo circulo pedes habet fixos. Præterea habet in capite stellas VII. omnes obscuras, in utrisque auribus binas, in humero claram vnam, in pede nouissimo duas, in summo interscapilio vnam, in crure de posterioribus primo, vnam: in pede priori duas, in cauda ipsa tres. Ita totius sideris stella sunt omnino XXI.

Minor autem habet in stationis vnoquoque loco stellas singulas clare lucentes, & supra caudâ tres: omnino septem: sed in prioribus cauda stellis vna est infima quæ *Polaris* appellatur, ut Eratosthenes dicit, per quem locum ipse mundus existimatur versari. Reliquæ autem duæ *χόρὸν αὐτὴν* dicuntur, quod circum polum versentur.

DRACO inter duas *Arctos* collocatus, videtur corporis sinu facto *Arctici* minorem ita concludere, ut penè pedes eius tangere videatur: cauda autem flexa, caput maioris attingere: & suo capite tanquam reducto, circulum *Arcticum* tangens, corpus ut in spheram complicari: & si quis diligentius attenderit, videre poterit caput Draconis ad maioris *Vrsa* regionem cauda collocatum. Hic habet in utroque tempore stellas singulas, in oculis singulas, in mento vnam, & toto corpore reliquo passim dispositas decem: ita ut omnino stellarum sit XV.

ARCTOPHYLAX. Huius manum sinistram circulus *Arcticus* includit ita, ut neque occidere neque exoriri videatur: ipse autem positus ab *Arctico* circulo ad *Aestiuum* definitur, inclinatus in longitudinem, dextro pede *Aestiuo* circulo nixus. Huius humeros & pectus à reliquo corpore diuidit circulus, qui per utrosque polos transiens, tangit *Arietem* & *Chelas*. Hic quidem cum *Tauro*, & *Geminis*, & *Cancro*, & *Leone* occidit: ideo serò occidere dicitur, quod magis erectus à pedibus peruenit ad terram: at exoriri citius quàm *Chela* videtur. Habet autem in manu sinistra stellas quatuor, quæ nunquam occidere dicuntur: in capite stellam vnam: in utroque humero singulas, in utraque mamma singulas, sed clariorem dextram, & sub ea alteram obscuram, & in cubito dextro claram vnam: in zona vnam clarius ceteris lucentem: hæc stella *Arcturus* appellatur in utriusque pedibus singulus, quæ omnino sunt XIIII.

CORONAM humero sinistro propè contingere *Arctophylax* videtur: quæ autem *Engonasin* dextri pedis calce coniungit, hæc *Cancro* & *Leone* exoriente occidere, cum *Scorpione* exoriri perspicitur. Habet autem nouem stellas in rotundo dispositas: sed ex his tres clarius ceteris lucentes.

ENGONASIN. Hic positus inter duos circulos, *Arcticum* & *Aestiuum*, utrisque pedibus & dextro genu, quem antè diximus, *Arcticum* circulum finit, ita tamen, ut dextro pede prioribus digitis circulum terminet, sinistro autè toto caput Draconis opprimere conetur. Humeris autem velut sustinens circulum *Aestiuum*, & manu dextra proiecta tangens: leuam autem è regione ad sinistram genu porrigens, equali intervallo circuli *Aestiuus* & genu sinistri. Hic occidens capite prius quàm reliquo corpore deuenit ad terram: qui cum totus occidit, ut pendere pedibus ex *Arctico* circulo videatur: exoriri autè pedibus quàm reliquis membris. Habet autem in capite stellam vnam, in sinistro brachio vnam, in utroque humero singulas clare lucentes: in manu sinistra vnam, in dextro cubito alteram: in utroque latere singulas sed clariorem in sinistro: in dextro femore duas, in genu vnam, in poplite vnam, in crure duas, in pede vnam quæ dicitur clara, in sinistra manu quatuor, quas pellem *Leonis* esse nonnulli dixerunt.

LYRA. Hæc posita est contra regionem eius loci, qui est inter genu & manum sinistram eius quæ *Engonasin* vocatur, cuius ipsa testudo spectat ad *Arcticum* circulum, summum autem cacumen ad polum *Notium* contendere videtur. Hæc *Lyra* *Virgine* exoriente occidere cum *Sagittario* exoriri perspicitur. Habet autem in ipsis testudinis lateribus singulas stellas: in summis cacuminibus eorum, quæ in testudine ut brachia sunt collectæ, singulas: in medijs iisdem, quos humeros Eratosthenes fingit, singulas in scapulis ipsius testudinis, vnam, in ima *Lyra*, quæ ut basis totius videtur, vnam.

OLOR. Huius vna alia est ad circunductionem huius circuli quæ *Arcticus* vocatur, contingens extremum pedè sinistram eius quæ *Engonasin* vocatur: sinistram autem alam habet paululum extra circulum

AESTIVUM, penè coniungens pedibus Pegasi. Aestivus autem circulus rostrum eius à reliquo corpore dividit. Cauda iungitur extrema cum capite Cephei. Hic cum Virgine & Chelis occidens, prius capite quàm reliquis membris deuenit ad terram: exoritur autem cum Capricorno. Hic habet in capite stellam clare lucentem unam: in collo alteram pari fulgore, in utrisque pennis quinque. supra caudam, unam. Omnia habet stellae XIII.

CEPHEVS à tergo minoris Arcti constitutus, includitur Arctico circulo à pedibus ad pectus, ut prater humeros & caput eius nihil occidere videatur: neque longe abest à flexu Draconis, què capite primum efficere videtur. Cepheus autem manibus utrisque proiectus figuratus, tanto disidet intervallo à pedibus Arcti minoris, quantum spaciū inter pedes Cephei videtur. Huius caput Scorpione exorto occidere, cum Sagittario exoriri perspicitur. Hic autem habet in capite stellae duas, in manu dextra unam: item in cubito obscuram unam, in sinistra manu & humero singulas, in dextro humero unam: in zona qua medium eius dividit corpus, tres stellae clare videntur, in latere dextro obscura una: in sinistro genua duo, in utrisque pedibus singula: supra pedes, stellae quatuor. Hic totus omnino est stellarum XVIII.

CASSIPEIA sedens in filiquastro, collocata est, cuius sedilis & ipsius Cassiopeia pedes positi in ipsa circumductione circuli qui Arcticus vocatur: effigies autem corporis ad Aestivum circulum pervenit, quam capite & dextera manu tangit. Hanc propè mediam dividit circulus is qui Lacteus appellatur: proximè Cephei signum collocatum. Hae occidens Scorpione exoriente, capite cum sedile resupina ferrè perspicitur exoriri autem cum Sagittario. Huius in capite stellae ostenditur una in utroque humero una, in papilla dextra, clare una: in lumbis magna una, in sinistro femore duo: in genu una, in pede dextro una, in quadrato quae sella deformatur in angulis utrisque singulae clarius ceteris lucentes. Haec igitur est omnino stellarum XIII.

ANDROMEDA proxime Cassiopeiam, supra caput Persei brevis intervallo disidente collocata perspicitur, manibus diuersis vincta, ut antiquis historijs est traditum. Cuius caput equi Pegasi ventri coniungitur: eadem enim stellae & umbilicus Pegasi & Andromeda caput appellatur. Huius medium pectus & manum sinistram circulus Aestivus dividit. Occidit autem cum Piscis de duobus secundo, quem Andromeda subiectum brachio supra diximus, exoriente Libra & Scorpione, capite prius quàm reliquo corpore perveniens ad terram. Exoritur autem cum Piscibus & Ariete. Haec, ut supra diximus, habet in capite stellam clare lucentem unam: in utroque humero unam: in cubito dextro unam, in ipsa manu unam: in sinistro cubito unam, in brachio unam, in manu alteram: in zona tres, supra zonam quatuor: in utroque genu una, in pedibus autem binas. Ita omnino est stellarum XX.

PERSEVS. Huius sinistrum crus & humerum laevum circulus Aestivus à reliquo corpore dividit. Ipse manu dextra Arcticum circulum tangit dextera pedes, caput Aurigae premere velut currens videtur. Idem occidens Sagittario & Capricorno exorto, inclinatus caput versus, cum Ariete & Tauro rectus exoritur. Habet aut in utroque humero stellae unam: in manu dextra clare lucentem unam, qua falcem tenere dicitur, quo zelo Gorgonem interfecit: in sinistra alteram, qua caput Gorgonis tenere existimatur. Habet praeterea in ventre stellae unam, in lumbis alteram, in dextro femore unam, in genu una, in tibia una, in pede unam obscuram, in sinistro femore unam, & in genu alteram: in tibia duas, in sinistra manu quod Gorgonis caput vocatur, stellae quatuor. Omnino est stellarum XVIII. Caput eius & falx sine sideribus apparet. Huc Aratus cum diceret inter sidera $\kappa\epsilon\chi\omicron\nu\iota\sigma\mu\alpha\omicron\nu$ figuratum, acceperunt complures, eum pulverulentum dicere: quod minime convenit, posse inter sidera etiam pulverulentum apparere: quod si esset, dignior erat Orion, cui idem ascriberetur. Primum, quod assidue est venatus, & semper in terra fuit: denique, quod adhuc inter sidera venari videtur. Perseus autem qui assidue volaret, non potest pulverem habere. Quid igitur? Cum vellet Aratus eum currentem obscure significare, usus Aetolorum consuetudine, eum $\kappa\epsilon\chi\omicron\nu\iota\sigma\mu\epsilon\omicron\nu$ dixit: Aetoli enim cum volunt aliquem decurrere significare, $\alpha\pi\omicron\nu\omicron\nu\iota\sigma\alpha\iota$ dicunt, id quod Aratus voluit demonstrare, non ut illum volantem assidue, pulverulentum dicat, quod à multis perperam est intellectum.

HENIOCHVS autem circulo Aestivo genuum sine, praeterea ab humero sinistro usque ad zonam dividitur ab eo quem supra Lacteam orbem diximus. Huius dexter pes Tauri sinistro cornu stellae coniungitur una, manibus ut lora tenens figuratur. Cuius in humero sinistro Capra, in manu autem duo Haedi duabus stellis formati dicuntur. Totus autem pedibus Persei subiectus, caput habens contra Ursae maioris aspectum. Hic occidere Sagittarii & Capricorni exortu videtur: exoriri autem Ophiuchi & Engonastri occidentibus. Habet praeterea in capite stellam unam: in utroque humero unam, sed in sinistro clariorem, quae Capra vocatur, in utroque cubito unam, in manu duas, quae Haedi appellantur, stellis propè occidentibus facti.

OPHIOCHVS inclinatus à capite, ut qui resupinari videtur, manibus anguem tenere figuratus. Huius autem humeri Aestivo circulo dividuntur à reliquo corpore. Ipse genuum sine ab Aequinoctiali circulo ter-

In terminatur, pede sinistro premens oculos, dextro autem testudini Scorpionis innixum. Anguis autem qui ab eo tenetur, prope extremo ore Coronam contingit, medium ut praeingens Ophiuchum, à cauda brevior quam superiori corpore, qua manus sinistra ipsius signi figuratur: ita tamen, ut extrema cauda circum Aequinoctialem cum Aquila cauda iungat. Occidens exortu Geminorum, Cancrì & Leonis, pervenit ad terram: exoritur autem cum Scorpione & Sagittario, apparet. Hic habet in capite stellam unam, in utroque humero singulas, in sinistra manu tres, in dextera quatuor, in lumbis duas, in utroque genu singulas, in dextro crure unam, in utroque pede singulas, sed clariorem in dextro. Itaque est omnino stellarum XVII. Anguis autem habet in summo capite duas, sub capite quatuor vno loco omnes. Ad manū ipsius Ophiuchi sinistram, duas, sed quae maxime ad corpus eius accedit, clariorem: & in dorso Anguis ad ipsam corporis coniunctionem quinque. Et in prima curvatura cauda quatuor, in secunda, caput versus, stellae sex. Ita est omnino, trium & viginti stellarum.

SAGITTA inter duos circulos, Aestivum & Aequinoctialem, super Aquila signum posita, dividitur ab eo circulo qui utrique polo subiectus ad Cancrum & Capricornū pervenit. Huius acumen ad Equi pedum regionem spectat, altera pars ad humeros Ophiuchi tendit. Hac occidit Virginis ortu: oritur autem cum Scorpione. Habet omnino stellas quatuor, quarum una in principio materia, altera in medio, duae reliquae in eo loco quo ferrum solet affigi, diversa videntur.

AQVILA ala dextera non multum extra circulum Aequinoctialem prodire, sinistra autem non longe à capite Ophiuchi figurata videtur. Praeterea rostrum eius à reliquo corpore dividit circulus quem supra diximus à Cancro ad Capricornum pervenire: media autem finitur ab eo quem supra Lactem orbem demonstravimus esse. Hac occidit exorto Leone. Exoritur autem cum Capricorno, habens in capite stellam unam, in utraque penna unam, in cauda unam.

DELPHIN non longe ab Aquila signo figuratus, in curvatione cauda novissima tangit Aequinoctialis circuli circunductionem, capite prope contingens equi Pegasi rostrum. Hic exoritur cum sagittarii posteriore parte. Occidit autem cum Virgo exorta est ad capitis finem. Habet autem in capite stellas duas supra caput ad cervicem versus duas: ad ea quae in ventre velut penna videntur, habet stellas tres: in scapulis autem, unam: in cauda, duas. Omnino est stellarum novem.

EQVVS Arcticum circulum spectans, pedibus Aestivo orbe niti, extremo ore caput Delphini tangere videtur, Aquarii manum dextram ceruice sua coniungens, & utrisque Piscibus clausus, quos in duodecim signis postea demonstrabimus. Huius in stella corpus apparet usque ad umbilicum deformatum: qui occidit cum Pisce de duobus primo, qui supra tergum eius est fixus. Exoritur cum Aquario toto, & cum Pisce, cum quo & occidit manus Aquarii dextra. Hic habet in rostro stellas duas obscuras, in capite unam, in maxilla unam, in utrisque auribus singulas, in ceruicibus quatuor obscuras, sed maxime luces quae capiti proxima apparet, in humero claram unam, in pectore unam, in interscapilio unam, in umbilico novissimam unam, qua Andromeda caput vocatur, in genibus utrisque singulas, in utrisque poplitibus singulas. Ita est omnino stellarum XVII.

DELTON autem in triangulum deformatur, aequis lateribus duobus, vno brevior, sed prope quali reliquis, inter Aestivum & Aequinoctialem circulum supra caput Arietis non longe ab Andromeda dextro crure, & Persei manu sinistra collocatum: cum Ariete toto occidens, exoritur autem cum eiusdem dimidia priore parte. Habet stellam in vnoquoque angulo unam.

Nunc proximus XII. signorum figurationem dicemus, quorum est princeps Aries.

5 ARIES in Aequinoctiali circulo consistens, caput ad exortum habens conuersum, occidens à primis pedibus, & exoritur caput infra Triangulum, quod & supra diximus, tenens collocatū, pedibus prope caput contingens Piscicis. Habet autem in capite stellam unam, in cornibus tres, in ceruice tres, in pede priore de primis unam, in interscapilio quatuor, in cauda unam, sub ventre tres, in lumbis unam, in pede posteriore unam. Omnino est stellarum XVIII.

TAVRVS ad ortum signorum dimidia parte collocatus, ut incipere genu ac desigere ad terram videtur, caput eodem habens attentum. Genua eius à reliquo corpore dividit circulus Aequinoctialis. Cornu sinistro, ut supra diximus, coniungitur cum sinistro pede eius qui Auriga appellatur. Inter huius figurationem corporis & Arietis caudam stella sunt septem, quas Vergilias nostri, Graeci autem $\pi\lambda\delta\alpha\delta\alpha\varsigma$ appellauerunt. Hic aduersus oritur & occidit. Habet autem in cornibus singulas stellas, sed in sinistro clariorem: utrisque oculis singulas, in fronte media unam, ex quibus locis cornua nascuntur singulas, quae septem stella Hyades appellantur: et si nonnulli quas duas diximus novissimae, stellas negauerunt esse, ut omnino Hyades essent quinque. Praeterea in sinistro genu priore habet stellam unam, & supra vngulam, unam: in dextro genu unam, & in interscapilio tres, novissimam earum ceteris clariorem: in pectore unam quae sunt omnino praeter Vergilias, XVIII.

GEMINI ab auriga dextra parte supra Oriona collocati videntur, ita tamen, ut Orion inter Taurum & Geminos sit constitutus. Capita eorum diuiduntur à reliquo corpore, circulo eo qui astatem definire supra est dictus, ut complexa corpora inter se tenentes. Occidunt directi à pedibus: exoriuntur autem inclinati ut iacentes. Sed de his qui Cancro est proximus, habet in capite stellam vnam claram, in utrisque humeris singulas claras, in dextro cubito vnam, in genibus utrisque singulas, in pedibus utrisque singulas: alter autem in capite vnam, in utrisque mammis singulas, in sinistro humero vnam, in pedibus utrisque singulas & infra sinistrum pedem vnam, quæ ὤπποις appellatur.

CANCER. Hunc medium diuidit circulus Aëstiuus ad Leonem, & ad exortus spectantem, paululum supra caput Hydra collocatum, Occidentem & Orientem posteriori corporis parte. Hic autem habet in ipsa testa stellas duas, quæ Alini vocantur, de quibus ante diximus: in dextris pedibus singulas obscuras, in sinistro primo pede duas, & in secundo duas obscuras, in tertio vnam, in quarto primo vnam obscuram, in ore vnam, in ea quæ Chela dexterior dicitur, tres similes, non grandes, in sinistra similes duas, Omnino est stellarum XVII.

LEO Spectant ad occasum supra corpus Hydra, à capite quæ Cancer instat, vsque ad mediam partem eius constitutus, medius aëstiuo circulo diuiditur, ut sub ipso orbe priores pedes habeat collocatas: occidens à capite & exoriens, Hic habet in capite stellas tres, in ceruicibus duas, in pectore vnam, in interscapilio tres, in media cauda vnam, in extrema alteram, sub pectore duas, in pede priore vnam claram, in ventre claram vnam, & infra alteram magnam: in lumbis vnam, in posteriori genu vnam, in pede posteriori vnam claram. Ita omnino est stellarum XVIII.

VIRGO infra pedes Bootis collocata, capite posteriorem partem Leonis, dextra manu circuli Aequinoctialem tangit: ac inferiorem partem corporis supra Coruum & Hydra caudam habere perspicitur, occidens capite prius quam ceteris membris. Huius in capite est stella vna obscura, in utrisque humeris singula, in utrisque pennis bina, quarum vna stella quæ est in dextra penna ad humerum defixa, ὤπποις vocatur. Præterea habet in utrisque manibus singulas stellas, quarum vna quæ est in dextra manu, maior & clarior ea cum spiciat esse dicitur. In veste autem habet passim dispositas stellas septem, & in utrisque pedibus singulas. Ita est omnino stellarum XVII.

SCORPIVS. Huius prior pars quæ Chela dicuntur, ita premuntur ab Aequinoctiali circulo, ut eam sustinere videantur. Ipse autem pedibus Ophiuchi, de quo supra diximus, subditus, extrema cauda circulum Hiemalem contingere videtur: neque longè est ab eo signo, quod pro hostia Centaurus ferre perspicitur. Occidit autem inclinato corpore, exoritur autem erectus à Chelis. Hic habet stellas in his quæ Chela dicuntur, in vnaquaque earum binas, ex quibus prima sunt clariore. Præterea habet in fronte stellas tres, quarum media est clarissima, in interscapilio tres, in ventre duas, in cauda quinque, in acumine ipso quo percutere existimatur, duas. Ita est omnino stellarum XVIII.

SAGITTARIVS autem spectans ad occasum Centauri corpore figuratur, velut mittere incipiens sagittas, à pedibus vsque ad humeros in Hiemali circulo collocatus, ita ut caput solum eius extra eum circulum quem supra diximus, apparere videatur: cuius arcus Lacteo circulo medius diuiditur. Ante pedes huius est quædam corona stellis effecta, de qua prius diximus. Hic præceps occidit, exoritur directus. Habet autem in capite stellas duas, in arcu duas, in sagitta vnam, in dextro cubito vnam, in manu priori vnam, in ventre vnam, in interscapilio duas, in cauda vnam, in priori genu vnam, in pede vnam, in inferiori genu vnam, in poplite vnam. Omnino est stellarum, XV. Corona autem Centauri est stellarum VII.

CAPRICORNVS ad occasum spectans, & totus in Zodiaco circulo deformatus, cauda & toto corpore medius diuiditur ab Hiemali circulo, suppositus Aquarii manus sinistra: occidit præceps, exoritur autem directus. Sed habet in naso stellam vnam, infra ceruices vnam, in pectore duas, in priore pede vnam, in priore eadem alteram, in interscapilio septem, in ventre quinque, in cauda duas. Omnino est stellarum viginti.

AQVARIVS pedes habet in Hiemali circulo defixos, manum autem sinistram vsque ad Capricorni porrigens tergus, dextra iuba Pegasi propè contingens, spectat ad exortus. Qui cum ita sit figuratus, necesse est corpore eum propè resupinato videri. Effusio aquæ, peruenit ad eum Piscem qui solitarius figuratur, de quo postè dicemus. Sed Aquarius & occidit & exoritur capite prius quàm reliquis membris. Hic habet in capite stellas duas obscuras, in utrisque humeris singulas magnas, in sinistro cubito vnam grandem, in manu priori vnam, in utrisque mammis singulas obscuras, in lumbis interiori vnam, in utrisque genibus singulas, in dextro crure vnam, in utrisque pedibus singulas. Omnino est stellarum quatuordecim. Effusio aquæ cum aquali ipso, est stellarum triginta. Sed in his omnibus prima & nouissima clara.

PISCES. Horum, alter Notius, alter Boreus appellatur: ideo quod unus eorum qui Boreus dicitur, inter Aequi-

Aequinoctialis & Aestiuus circulus sub Andromeda brachio collocatur, & Arctici polus spectans constituitur: alter autem est in Zodiaco circulo extremo sub scapulis Equi, non longè ab Aequinoctiali, circulo collocatus, spectans ad occasum. Hi Pisces quibusdam stellis ut lineola ab Arietis pede primo coniunguntur, quorum inferior ante occidere & exoriri videtur. Habet autem stellas XVII. Et Boreus omnino XII. Coniunctio eorum habet ad Aquilonem spectans stellas tres, ad alteram partem tres, ad exortum tres, in commissura tres, omnino duodecim. Horum coniunctionem, qua à pede Arietis primo notatur, Aratus Graece οὐδ' ὁμοῦν ὑπὸ γὰρ ὅριον, Cicero Nodum caelestem dicit: qui utrique volunt significare, eum nodum non solum piscium, sed etiam totius sphaera esse: quo enim loco circulus ab Arietis pede περὸν ἑρῶς dicitur, qui meridiem significet: & quo loco is circulus Mesembrinos coniungitur, & transit Aequinoctialem circulum, in ipsa coniunctione circulorum nodus Piscium significatur: quare eum non modo Piscium, sed etiam caelestem nodum appellauerunt.

PISTRIX à media cauda diuiditur ab Hiemale circulo, spectans ad exortum, rostro propè posteriorem Arietis pedem iangens. huius priorem partem corporis qua spectat ad exortum, propè alluere flumen Eridani videtur. Hec occidit exorto Cancro & Leone: exoritur autem cum Tauro & Geminis. Sed habet in extrema cauda stellas duas obscuras, ab eo loco usque ad reliqui corporis curuaturam, quinque, sub ventre sex omnino sunt tredecim.

ERIDANVS è sinistro pede profectus Orionis, & perueniens usque ad Piscicem, rursus diffunditur ad Leporis pedes, & protinus ad Arcticum circulum tendit. Huius figurationem Hiemale circulus diuidit ab eo loco quo propè coniungitur Ceto. Hic Scorpione & Sagittario exorto occidere: exoriri autem cum Geminis & Cancro videtur. Habet stellas in prima curuatura tres, in secunda tres, item in tertia usque ad nouissimam, septem, omnino stellarum est tredecim.

LEPVS autem infra sinistram pedem Orionis per Hiemalem circulum fugiens, & ab eo inferiori parte corporis diuisus, occidit Sagittario exorto oritur cum Leone. Habet autem stellas in utrisque auribus singulas, in corpore passim dispositas duas: in pedibus prioribus singulas. ita sunt omnino sex.

ORION. Hunc à zona & reliquo corpore Aequinoctialis circulus diuidit, cum Tauro decertantem collocatum, dextra manu clauam tenentem, & incinctum ense spectantem ad occasum, & occidentem exortu Scorpionis posteriori parte, & Sagittario exoriente: cum Cancro autem toto corpore pariter exurgentem. Hic habet in capite stellas tres claras, in utrisque humeris singulas, in dextro cubito obscuram unam, in manu similem unam, in zona tres, in eo quo gladius eius deformatur, tres obscuras, in utrisque genibus singulas claras, in pedibus singulas. Omnino XVII.

CANIS Leporem fugientem persequens, posterioribus pedibus diuiditur ab Hiemale circulo. pedem dextrum Orionis penè suo capite contingens, capite ad occasum spectans, sed caput ad Aequinoctialem circulum tendit: Occidens Oriente Sagittario, exoriente autem cum Cancro. Hic Canis habet in lingua stellam unam, qua Canis appellatur: in capite autem alteram, quam nonnulli Sirion appellant, de quo prius diximus, praeterea habet in utrisque auribus singulas stellas obscuras, in pectore duas, in pede priori tres, in interscapilio tres, in sinistro lumbo unam, in pede posteriori unam, in pede dextro unam, in cauda quatuor. Omnino, viginti.

HPOKRYON. Hic in Lacteo circulo defixus, pedibus Aequinoctialem circulum tangit. Spectat ad occasum, ut inter Geminos & Cancrum constitutus. qui quòd ante maiorem Canem exoritur ὀρκύων est appellatus. Hic autem occidit exorto Capricorno, exoritur cum Leone. Sed omnino est stellarum trium.

ARGO. Huius puppis Hiemalem circulum & maioris Canis caudam contingens inferiore parte, nonissime nauis inclinata, Antarcticum circulum tangit. Occidens Sagittario & Capricorno exorto ut in mari collocata, exoriente autem cum Virgine & Chelis. Hec habet in proppi ad singula gubernacula, ad primum stellas quinque, ad alterum quatuor, circum curiam quinque, & sub reinetu quinque, ad malum III. Ita tota est stellarum viginti trium. Qua quare non sit tota in mundo collocata, prius diximus.

CENTAVRVS. Hic ita figuratur, ut in Antartico circulo niti pedibus, humeris Hiemalem sustinere videatur: capite propè caudam Hydra contingens, hostiam dextra manu tenens supinam, qua pedibus & extremo ore circulum Hiemalem tangit, inter eum & Antarcticum orbem collocata. Centauri autem crura à reliquo corpore diuidit circulus qui Lacteus vocatur. Hic spectans ad ortus signorum, totus occidit Aquario & Piscibus exortu: oritur autem cum Scorpione & Sagittario. Habet autem stellas supra caput tres obscuras, in utrisque humeris singulas claras, in cubito sinistro unam, in manu unam, in medio pectore equino unam, in prioribus poplitibus utrisque singulas, in

inter scapulo quatuor, in ventre duas claras, in cauda tres, in lumbis equino vna, in genibus posterioribus singulas, in poplitibus singulas. Omnino sunt XXIII. Hostia autem habet in cauda stellas duas, in pede de posterioribus primo vnam, & inter utrosque pedes vnam, in inter scapilio vnam claram & in priore parte pedem vnam, infra alteram: in capite tres dispositas, omnino sunt numero decem.

A R A propter Antarcticum circulum tangens, inter Hostia caput & Scorpionis caudam extremam collocatur. Occidens Arietis exortum, exorians cum Capricorno. Hec habet in summo cacumine circuli vbi formatur, stellas duas, & in imo alteri duas. Et ita est omnino stellarum quatuor.

HTD R A trium signorum longitudinem occupans, Cancrī, Leonis & Virginis, inter Aequinoctialem & Hiemalem circulum collocatur, ita tamen, ut caput eius contendens ad signum id quod $\pi\rho\alpha\nu\acute{o}\nu$ vocatur, & totius Hydrae prope quarta pars inter Aestiuum & Aequinoctialem circulum videatur. Cauda autem extrema penē Centauri Caput tegens, sustinet in dorso Coruum, rostro corpus eius rudentem, & toto corpore ad Cratera tendentem: qui satis longo disidente intervallo, prope inter Leonem & Virginem constitutus videtur, inclinatio ad caput Hydrae, quae occidit Aquario & Piscibus ortu: oritur autem cum his signis de quibus supra diximus. Habet autem in capite stellas tres, in prima à capite curuatura, sex, sed earum nouissimam claram: in secunda curuatura tres, in tertia quatuor, in quarta duas, in quinta usque ad caudam nouem, omnes obscuras, ita fiunt numero viginti septem. Coruus autem habet in gutture stellam vnam, in pennis duas, infra pennam caudam versus duas, in utrisque pedibus singulas: omnino septem. Supra primam à capite curuaturam Crater positus, habet in labris stellas duas, infra autem ansas duas obscuras, in medio Cratere duas, ad fundum duas. Omnino sunt octo.

P I S C I S autem qui Notius dicitur, inter Hiemalem & Antarcticum circulum media regione collocatus, spectare ad exortum videtur, inter Aquarium & Capricornum, ore excipiens aquam quae funditur Aquario. Hic occidit oriente Cancro, exoritur autem cum Piscibus. Sed est stellarum omnino duodecim.

Quae adfigurationem siderum pertinent, ad hunc finem nobis erunt dicta, reliqua protinus dicemus.

6 QVONIAM in initio sphaera circuli quinque quomodo efficerentur ostendimus, neque eos corpore siderum notauimus: & si duo nouissimi nihil ad Solis cursum pertinent, hoc est Arcticos & Antarcticos, de medijs tribus dicemus. Sed quoniam Aratus quatuor circulis sphaeram plurimum valere dicit, neque eorum aperte quenuquam demonstrat, voluntatem nostram apertius ostendemus. Et quemadmodum in initio fecimus, à Boreo polo dicemus.

I G I T V R Aestiuum circulum vnum de quatuor esse dicemus, qui $\Sigma\epsilon\pi\iota\upsilon\delta$ $\tau\rho\alpha\pi\iota\kappa\acute{o}\varsigma$ vocatur, quo circulo astatem confici demonstrauimus: & si non nomen dedit at, quare non utrique circuli, hoc est Aestiuus & Hiemalis vno nomine appellentur: ideo quod quem nos Aestiuum diximus, nonnulli Hiemalis fiat: & quo circulo hiemem effici diximus, eo circulo alij astatem sit. Qui si voluerint intelligere, id ad nostram collocationem mundi esse demonstratum, qui inter Aestiuum circulum & Arcticum sumus constituti, non ad illorum sphaeram, qui ab Hiemali circulo Antarcticum habitantes, nobis Antipodes dicuntur, facilius ad nostram acceperint voluntatem. Si quis enim voluerit eorum quos Antipodas diximus, quod inferiore à nobis circulo constituti videntur, sphaeram facere, non immerito nostrum Hiemalem sibi Aestiuum circulum finxerit: aut si quis scriptor eorum mentionem faciens, obscure voluerit Antipodas demonstrare, & dixerit quibus in Capricorno astatem summa, aut in Cancro hiems maxima fiat, non imperita ratione acutissime dixisse videbitur, quodcunque enim nostris circulis contrarium dixerit, id illis erit rectum sed ne longiore sermone praeter consuetudinem utamur, ad inceptum reuertamur.

I N AESTIVO circulo, de quo primum dicere institui, haec signa siue partes eorum perspicuntur: Capita Geminorum, Auriga genu utrumque, Persei crux & humerus sinister. Andromeda autem à pectore, sed manu sinistra, diuiditur. Atque ita euenit, ut caput eius cum toto pectore & manu dextra, videatur esse inter Aestiuum & Aequinoctialem circulum: reliquum autem corpus inter Aestiuum & Arcticum finem. Praeterea in eodem Aestiuo circulo pedes equi Pegasi positi videntur, & caput à reliquo corpore diuiditur Oloris, & ala sinisterioris ut volantis, par, non magna. Ophiuchus humerus, ut circulum sustinere videtur. Virgo prope contingens à capite inter hunc & Aequinoctialem circulum collocata est, ut fulgens ad Austrum. Leo à pectore ad lumbos diuiditur, ut caput eius & corporis superior à cruribus pars inter hunc & Arcticum circulum videatur: inferior autem pars, inter Aestiuum & Aequinoctialem circulum. Cancer autem sic diuiditur medius, ut inter duos oculos eius circulus traiectus existimetur. In his signis, & hoc, ut ante diximus, circulo cum vehitur. Sol, euenit ut nobis qui hac inclinatione mundi vrimur, sint diei de partibus octo partes quinque, noctis autem tres. Neque ita tamen ut ex horologijs, sed ex sphaera ratione. Cum enim sphaera ita constitueris, ut circulus eius qui Arcticus vocatur, semper appareat, nunquam

numquam autem Antarticus exoritur, atque ita sphaera est constituta: si voles Aestiuum circulum diuidere in partes octo, ex his inuenies partes quinque in sphaera apparere, tres autem infra tanquam sub terra esse.

8 AT ALIQUIS dixerit, cur sphaera circulos diuidamus in partes octo, potius quam duodecim, aut quod libuerit alias partes? Hic non sphaeram, sed se fallere hac ratione inuenietur ferè. Si enim ita feceris ex aestiuo circulo partes duodecim, ex his partes septem, & dimidium partis apparere: quatuor autem & dimidium sub terra inueniet esse. Itaque euenit, ut cum ad septem partes addita dimidia sit, simili ratione ad partes quatuor accedat pars dimidia, & fiant supra terram partes septem, & dimidium partis: reliquum autem sub terra quod est partes quatuor & dimidium. Igitur oportet intelligere, ut non in minutis partibus & dimidijs fiat, sed certis numeris conficiatur, ut euenit in partibus octo. Præterea quoniam sphaera diuisa in partes triginta, euenit, ut ab aestiuo circulo ad Hiemalem sint partes octo: nimirum certè eos circulos diuidemus in partes octo. Præterea quoniam ab aestiuo circulo ad Aequinoctialem sunt partes quatuor de XXX: & rursus ab Aequinoctiali circulo ad Hiemalem de partibus triginta partes quatuor, & ita nihilominus Aequinoctialis ipse per se circulus medius diuiditur, ut dimidia pars eius sit sub terra, de partibus octo partes quatuor, & totidem supra, & tota ratio ad octauam partem perueniat: non dubium est, quin rectè diuidatur in partes octo. Præterea cum Sol per hos circulos currens iter annuum conficere videatur, & ab omnium signorum octaua parte, ut postèrius dicemus, incipiat exoriri, ut ad aliud signum transeat, neq; vlla alia parte signi utatur, rectè ipsi quinque circuli diuiduntur in partes octo. Præterea cum septem sidera ad eundem statum reuertantur, ut quibusdam placuit, ut cuiusmodi dies hodiernus fuerit in Solis aut Luna tempestate, eiusdem modi octauo anno sit futurus, verè sphaera quoq; diuidetur in partes octo. Præterea cum videamus octauo quoque die eiusdem sideris horam primam, aut quamlibet denique esse, ut cuius hodie fuerit hora prima, eiusdem octauam quoque futuram: verissimum est ipsam quoque sphaeram mundi, vnde hora sumuntur, diuidi in partes octo. Sed ne reliqua prætermittamus in hoc occupati, ad propositum reuertamur.

9 SECVNDVS ab Aestiuo Aequinoctialis est circulus, in quo hæc signa & partes eorum perspicere possant: Aries totus omnibus pedibus innixus videtur.

10 Hunc autem Aratus omnium siderum celerrimum esse demonstrat, etiam minori Arcto, quæ breui spacio vertitur, præstare id quod velit esse sic poterimus vel facillimè intelligere. Cum sit enim maximus circulus Aequinoctialis in sphaera, in eoque Aries ut affixus videatur, quomodoque fuerint figura corporum collocata, ut ad eundem locum perueniant, necesse est semel verti sphaeram. Quod cum fiat, & Aries in maximo circulo, & eodem tempore ad locum quo reliqua sidera perueniant, necesse est eum celerrimum dici. Sed nos ad circuli effectiorem veniemus, & reliqua dicemus. In eodè Tauri genua ut fixa perspiciuntur, et si nonnulli ita fixere, ut vno genu, hoc est dextro nixus, sinistro propè contingere videatur: de hoc in medio relinquemus. Sed in eodem circulo Zona Orionis, ut ipso circulo præcinctus estimetur. Hydra flexu à capite primo ac cervicibus erectis Cancrum contingere videatur: & ex inferiore corpore Hydra Crater cum Coruo velut fixus esse circulo conspiciatur. Item pauca stella Chelarum, eodem adiunguntur Ophiuchi genua eodem circulo à reliquo corpore diuiduntur. Aquila sinisteriore penna pene contingens figurata est. Eodèque circulo caput Pegasi cum cervicibus nititur. His corporibus signorum Aequinoctialis circulus finitur. Quò Sol cum peruenit, his vno anno conficit æquinoctium, hoc est in Ariete & Chelis: in hac enim parte sphaera & ver & autumnus confici existimatur: ita ut ver sit in Ariete, autumnus in priorè parte Scorpionis, quod signum nonnulli Libram dixerunt. Per hunc circulum transiens Sol ab Ariete ad Chelias, efficit sex mensium diem his locis qui intra Arcticum videntur orbem: noctem autem his qui Antartico circulo sunt clausi: quare magis his locis nemo potest durare. Et rursus ab Autumno usque ad ver, hoc est à Chelis usque ad Aries perueniens, efficit his locis sex mensibus perpetuis diem, in quibus ante noctem demonstraui: e contrario autè noctem his qui Boreo polo sunt proximi: sed de hoc ante diximus: neque enim mirum est hac collatione sphaera id euenire. Erecto enim Boreo polo, neque vnquam occidente euenit, ut corpora quoque quæ ei proxima sunt circulo, sero occidere videantur. Id ex hoc intelligere licebit: Cum in his partibus sphaera habitetur, quæ pars est ab Aestiuo circulo, ad orbem qui Arcticos vocatur, & de Arctico circulo, hoc est de duabus Vrsis & Dracone, caput Draconis maxime niti ipso circulo videatur, ita ut is qui Engonasin vocatur, inter Aestiuum & Arcticum locatus, caput Draconis premere intelligatur: quicumq; ut ante diximus, ad ipsum caput Draconis habitant, ita longo die vtuntur, ut ne tertia quidem hora pars in vnaquaque nocte his obtingat. Itaque Aratus ait.

Κέντρε μὲν οὖν τῶν ὀφειδῶν ὅτι τῶν
μικροτέρων ἀπὸ τοῦ ὀφειδῶν

Item Cicero dicit:

Quod caput hic paulum sese subitoque recondit,

Ortus ubi atque obitus, parte adniscuntur in vna.

De hoc Homerus quoque in *Odyssæa* ita breuem noctem esse dicit, ut pastores cum alij exigant, alij reducant pecus, possit alius alium audire, cum vnus propter noctem pecus reducat, alter propter lucem exigat: sed nos ad propositum reuertamur.

11 TERTIVS ab Aestiuo circulo Hiemalis vocatur, his corporibus & eorū partibus finitur: nam medium Capricornum diuidens & pedes Aquarij, per caudam Piscicij vt traiectus videtur. Diuidit etiam Leporem fugientem à cruribus, & quadam parte corporis, & Canis sequenti pedes, & Nauis ipsius puppim, Centaurique cernices à reliquo corpore diuidit. Scorpionis extrema cauda, quod acumen vocatur, eodem circulo coniungitur. Sagittarij arcus eodem orbe deformatur. Huius orbis infra terram sunt de partibus octo partes quinque, supra terram autem tres. Itaque sit breuior dies nocte, ut ante demonstrauimus.

12 QVARTVM circulum Zodiacum esse Aratus demonstrat, de quo ante diximus, & posterius dicemus. Sed Aratus, non ut reliqui astrologi, ab Ariete duodecim signa demonstrant, hoc est vere incipiente sed à Cancro, hoc est ipsa astate. Nos autem (quoniam ab Ariete incipimus) ita protinus dicemus. In hoc enim circulo sic duodecim signa figurantur: Aries, Taurus, Gemini: in his tribus signis ver demonstratur, & æquinoctium vernum. Cancer, Leo, Virgo: in his signis maximè astat conficitur: sed sol incipit à Virgine iam transire ad æquinoctium autumnale. Chela, Scorpium, Sagittarius: in his tribus signis autumnus efficitur & æquinoctium autumnale. Capricornus, Aquarius, Pisces: in his tribus signis sol hiemem conficere demonstratur. Et si nulla sunt signa XII. sed XI. ideo quod Scorpium magnitudine sui corporis duorum locū occupat signorum, è quibus prior pars Chela, reliqua autem Scorpium vocatur. Priores enim astronomici, cum omnes res ad duodecim partes reuocarent, ut menses, & horas, & latitudinem signorum: itaque & signa, per quæ res omnes significantur, duodecim voluerunt esse.

SED quoniam septem circulis in proemio propositis, de quatuor circulis mentionē fecimus, ne septem ex ordine demonstratis, aliquid à nobis obscurius dictum videatur, de septem superant tres, Arcticius, Antarticius, & ille qui Lacteus vocatur. Itaque de his dicere incipiemus. Arcticon igitur orbem sustinet caput Draconis cum reliqua corporis parte. Cephæus autem pectore suo circulum iungit eodem orbe nituntur & pedes maioris Ursæ, præterea sedile Cassiopeiæ cum pedibus eius nititur ipsi circulo sinistro pede, genūque dextro: & pedis prioribus digitis eius qui Engonasin vocatur. & manus sinistra Bootis exteriori parte circuli peruenit coniuncta. Ad Antarticon autem circulum peruenit extrema nauis Argo, pedesque Centauri posteriores adiunguntur: priores autem propè contingere, & Ara videtur prope affixa, Eridanique fluminis extrema significatio.

RELIVVM est nobis definire quem supra Lactæum orbem demonstrauimus. Ipse enim diuidit Oloris extremam sinistram pennam, quæ extra Aestiuum peruenit finem. Præterea transit manum dextram Persei, & ab humero sinistro Aurigæ perueniens sub manum eius dextram, & Geminorū genua, & pedes eius signi quod ὦποιων vocatur. Hic diuidens Aequinoctialem & Aestiuum circulum, tangit extremum finem mali qui in Argo naue defixus videtur: deinde rursus reuertens, genua Centauri diuidit à reliquo corpore, & extremam caudam terminat Scorpionis, & arcum medium Sagittarij, & Aquila diuidiam partem, per eius transiens pennas.

13 QVONIAM de huiusce rebus exposuimus ordine, mundi rationem & quemadmodum moueatur, protinus dicemus: & in duodecim signorum exortu ea quæ deinde corpora consequantur, & quæ perueniant ad occasum. Conuenit nobis mundum ab exortu ad occasum verti, ideo quod videmus stellas exorientes ad occidentem conuerti. Sic enim primum poterimus scire, qui sint exortus, & qui occasus. Si enim nostrum aliquis astiterit contra exorientem, necesse est Arctos nobis à sinistris partibus esse. Cum id ita fiat, illud quoque necesse est, ut omnia à dextris partibus exorta, in sinistram occidere, videantur, de quo & ante diximus. Igitur cum videamus stellas exoriri & occidere, necesse est mundum quoque cum stellis verti. Sed nonnulli aiunt nihilominus id euenire posse, ut si stante mundo, stella exoriantur & occidant, quod fieri non potest. Si enim stella vaga feruntur, neque mundus ipse vertitur, non possunt corpora stellis figurata incolumia & certa permanere. Illud enim videmus, in toto mundo stellas erraticas esse quinque, neque horum cursum quemquam posse definire: Aratum ipsum negare, se difficiles eorum cursus interpretari posse. Quo modo igitur cum quinque stellas nemo possit obseruare, tot milia quicquam possit peruidere, nisi qui permittat, hic cursus stellarum posse esse, & nihilominus figuras corporum permanere: quod si non est, tota sphaera ad irritum reuocabitur. Quicumque enim sphaeram fecerit, non poterit efficere, ut sphaera stante nihilominus stella versentur. Illud etiam videmus in extrema cauda Draconis, stellam esse quæ in se verratur, & in eodem loco constet. Quod si omnes stella vaga feruntur, hanc

hanc quoque loco moueri necesse est, quod non euenit. Igitur necesse est mundum quoque, non stellas verti.

Quoniam ostendimus mundum cum stellis potius quàm stellas per se verti, nunc reliqua dicemus. Cum enim traditum sit nobis, prius noctem quàm diem fieri, noctem dicemus vmbra terra esse, eamque obflare lumini solis. Et si nonnulli dixerunt in solis cursu euenire, vt cum perueniret ad eum locum, vbi occidere dicatur, ibi montium magnitudine à nobis lumen auerti solis, & ita noctem videri: quod si ita sit, nimirum eclipsin solis verius quàm noctem dixerimus. Sed aliter esse ex ipsa sphaera intelligere licebit. Horiz. on enim diuidens ea qua videntur, & qua non apparent, ita definit sphaeram, vt semper sex signa de duodecim in hemisphaerio videantur supra terram, sex autem signa sint infra sub terra. Igitur cum in vna eorum Sol nixus ferri videatur, ab eo circulo qui Horiz. on vocatur, exoritur, itaq; incipit lucere, cumque nihilominus ipse mundus vertatur cum reliquis signis. Sed quo facilius intelligatur, ponamus solem esse in Ariete, à quo duodecim signa instituimus numerare. Igitur cum sol sit in Ariete exoriente, dies est: qui cum vertente se mundo peruenit ad eum circulum qui Mesembrinus vocatur, efficit diei partem dimidiam. Sed sic etiam facilius intelligitur, & rursus ab eodẽ Ariete incipiemus. Cum Aries est exortus, praeter eum haec signa sunt in superiore hemisphaerio: Pisces, Aquarius, Capricornus, Sagittarius, Scorpio. Horum cum tria signa occiderint, hoc est, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, exorta sunt tria signa qua Arietem sequuntur, hoc est, Taurus, Gemini, Cancer. Tum fieri dimidium d. em necesse est, & Arietem peruenire ad eum quem Mesembrinum esse circulum supra diximus. Cum autem cum reliquis signis ipse Aries occidit, & exortus est Leo, Virgo: tum Chela exoriuntur, & in superiore hemisphaerio videntur. Quacum occiderint, rursus aries exortus efficit lucem. Sed ne in dubium venias, cum Ariete occidente dixerimus Chelas exoriri, quid de reliquis signis sine sphaera possit intelligi, sic inuenietur. In quocumque signo Sol fuerit exoriente, quodcumque ab eo signo septimo loco fuerit, id noctu primum exorietur, & ita conficiet cursum: mundus enim ipse semel in die ac nocte verti videtur. Itaque euenit, vt ipsa signa duodecim semel in die ac nocte videri possint. Sed ne Solis cursus, de quibus postea sumus dicturi, potius quàm quod antè cepimus enumeremus, ad inceptum reuertemur. Diximus enim principium mundi esse noctem, deinde diem. Inter noctem & diem, praeter vmbra terra nihil interesse arbitramur. Sed quoniam signorum supra & corporum exortus instituimus, ad hoc perueniemus.

14. 15. I G I T V R vertente se mundo per vtroq; Polos & per Axem, quem supra Dimensionem sphaera diximus esse, & ita sphaera collocata, vt vnus Polus semper sit supra terram, alter nunquam exoritur, necesse est Arctos quoque & reliqua corpora qua sunt in Arctico circulo, nunquam occidere, reliqua autem omnia exoriri & occidere, quod inferiora sunt ab eo circulo quem nunquam occidere diximus. Id enim posse fieri hac edocet causa. Videmus caput extremum Draconis, quod maxime Arcticon extra circulum prominet, quodam tempore ita occidere existimatur, vt exortus cum occasu permisceatur, vt & ante diximus. Si autem pars aliqua occidere de summo circulo videtur, necesse est omnia qua sunt inferiora, exoriri & occidere. Igitur conuenit nobis sidera vertente mundo occidere & exoriri. Praeterea hac inclinatione coeli, cum vnus circulus ita sit erectus vt nunquam occidat, alter ita sit terra subiectus, vt nunquam exoritur, quicumque circuli fuerint in sphaera, hoc est, ab Equinoctiali ad polum qui Boreus appellatur, nullus erit eorum qui non maiorem partem circunductionis habeat supra terram: qui autem ab Equinoctiali fuerint circulo ad eum polum qui Notius appellatur, omnis inferiorem partem maiorem habebunt quàm superiorem: & quanto magis ad Polum Notium acceperint, hoc maiorem partem sub terra habere perspicientur: & quanto magis ad Boreum finem venerint, hoc maiorem partem circuli supra terram tenere videbuntur: quo enim erectior ipse Polus fuerit, hoc magis & circuli eius erectiores videbuntur. Quod cum ita sit, si duo sidera simul fuerint orta, vnum ab Arctico, alterum ab Antartico circulo, serius occidet id sidus quod ab Arctico circulo fuerit exortum: ideo quòd maiorem habet circunductionem sphaera, quàm quod à Notio polo est ortum. Si autem simul occiderint, serius exorietur id signum, quod ab Antartico fuerit exortum, ideo quòd tota illa collocatio mundi maiorem partem habeat sub terra, quàm illa pars qua in Boreo polo est finita. Et non modo signa qua sunt ad Arcticum finem collocata, praestantibus corporibus, aut serius occidunt & antè exoriuntur, quàm ea qua Notio polo depinximus: sed ipsa quoque corpora inter se discentiunt: vt si quod inferius sit signum, & id cum superiore exoritur, tamen serius occidat. Econtrario itaque si qua sunt signa ab Equinoctiali circulo ad Notium polum fixata, horum si qua signa pariter exorta fuerint, citius occident quàm ea qua proxime Polum accedunt. Euenit etiam, vt non modo qua simul sint exorta sidera, ex his serius occidunt, qua proxime Arcticum circulum sunt collocata, sed etiam si qua eorum antè exorta fuerint, qua sunt ad Notium polum finita, tamè antè occidunt quàm ea corpora, qua in Boreo polo fixata esse supra demonstrauimus, ideo quòd maiore circunductione sphaera vtriusque ea corpora, qua ab Equinoctiali circu-

30 ad Arcticum finem sunt constituta. Igitur ostendimus, qua inclinatione mundi sphaera sit constituta. Nunc ad duodecim signa reuertemur, & quorum exortu qua de reliquis corporibus occidant aut oriantur, commemorabimus, & initium ab Ariete faciemus.

16 ARIETIS exortu, sinistra pars Andromeda prouenire, Ara autem occidere videtur. Cum eadem fidere exoritur & Persei caput vsque ad umbilicum, vt dubium fere videatur, zona eius vtrum vsque extremo Ariete, an Tauro primum exoriente prodeat ad lucem.

Tauro autem exorto qua prius dubia fuerunt, omnia sunt certa. Nam & Ara omnino occidit, & Persem totus est ortus, & Auriga caput cum reliquo corpore duntaxat ad sinistrum pedem videtur, & Pistrix à cauda exoriente perspicitur. Hoc signo primum occidere Bootes videtur: etsi cum quatuor signis occidit, neque tamen totus ad terram potest peruenire: nam manus eius sinistra circulo Arctico conclusa, neque oritur neque occidit.

Geminis exorientibus, tota iam Pistrix & fluminis Eridani prior pars apparet, & Orion exoriri videtur: occidit autem Ophiuchus à pedibus genium sine.

Cancer exoriente obscurat dimidiam partem Corona, Pistricisque caudam & Notium piscem, & caput cum reliquo corpore ad umbilicum eius qui Engonasin vocatur. Ophiuchum à genibus ad humeros, & Anguem totum praeter caput & ceruicem, quae ex Aestiuo circulo tendit ad Coronam. Bootem propè totum terra tenet tectum. Exoritur autem & Orionis corpus ad zonam, & Eridanus totus apparet.

Exortu Leonis reliqua pars occidit Corona, cum capite & ceruicibus Anguis & Ophiuchus. Engonasin autem qui vocatur, eius praeter sinistrum genu & pedem nihil apparet, & Bootes totus obscuratur. exoritur autem caput Hydra cum Lepore toto, & Procyon cum pedibus prioribus Canis, & Aquila tota.

Virgo autem exoriente: non pauca fidere obscurat: nam statim Lyra occidit cum Sagitta & Delphino, & Oloris capite corpus ad caudam propè occidit, & fluminis prior pars, & Equi caput cum ceruicibus: exoritur autem Hydra sine Crateris, & Canis totus, & navis Argo sine totius veli.

Chelis exorientibus videtur, & Bootes exoriente totus, & tota navis apparet. Argo Hydraque, praeter cacumen extremum cauda, quod est sub terra. Exoritur etiam genu & sura eius dextra qui Engonasin vocatur. Hunc eadem nocte occidere & exoriri licet videre: reliquum autem corpus, cum Scorpionis & Sagittarii prouenit parte. Praeterea cum Chelis exoritur cauda Centauri, occidit reliquum Pegasi corpus: & Oloris extrema cauda, & Andromeda caput cum umbilico Pegasi: & Pistrix reliquo corpore ad ceruices, vt caput eius solum videatur: & caput Cephei pendens ad Pistricis occasum, cum manibus & humeris peruenit ad terram.

Scorpione exoriente duae partes fluminis occidunt, & reliquum corpus Andromeda cum capite Cephei. Occidit etiam Cepheus capite ad humeros, quae pars est extra Arcticum circulum constituta: obscuratur etiam Cassiopeia resupina occidens: exoritur autem Corona, quae ante Centauri pedes iacere existimatur: & Hydra reliquum quod caudam esse supra diximus. Prouenit etiam & corpus Centauri, quod equina figura videtur, & ipsius hominis caput, & hostia quam tenere eum supra diximus: denique ad id corpus quae sine pedes eius sunt priores: Ophiuchi autem duntaxat caput exoritur, & ipsius Anguis caput quod est contra Cancrum.

Sagittarium exorientem Ophiuchus totus exoriente insequitur, & Anguis qui ab eo tenetur, caput eius qui Engonasin vocatur, & sinistra manus eiusdem: deinde Lyra tota cum Cephei capite & humeris exit ad lucem. Occidit autem Canis maior, cum Orione toto, & Lepore, & Auriga superiore parte corporis: praeterea caput & pedes eius: occidit etiam totus Perseus praeter crura & pedem dextrum. Argo autem puppim solam relinquens, peruenit ad terram.

Capricornus exoriente, hac fidere ad terram premere videtur, reliquam figuram navis, & signum quod Procyon vocatur. Eodem tempore & reliquum corpus occidit Persei. Exoritur autem Olor cum Aquila, & Sagitta, & Ara, quam proximam esse Notio polo diximus.

Aquarius exoriente ad dimidiam partem corporis Equi pedes secum terra ducit, & caput cum ceruice Pegasi. At contra Centaurus à cauda ad humeros virilis corporis occidit cum Hydra capite & ceruicibus.

Piscibus exorientibus occidit reliquum Hydrae corpus & ipse Centaurus: exoritur autem Piscis qui Notius vocatur, & Andromeda dextra pars corporis.

17 SIC IGITUR exorientibus duodecim signis, reliqua corpora occidere & exoriri videntur. Sed, vt ante diximus, nunc protinus de Solis cursu dicemus. Neceesse est enim Solem, aut ipsum per se moueri, aut cum mundo verti in vno loco manentem, Quod si maneret, neceesse erat eodem loco occidere & exoriri, a quo pridie fuerat exortus: quemadmodum signa eodem loco semper oriuntur & occidunt. Praeterea, si ita esset, neceesse erat dies & noctes omnes aequales esse, vt quàm longus hodiernus dies fuerit, tam longus semper

por sit futurus: item nox simili ratione semper equalis permaneat. Quod quoniam non est, illud quoque necesse est, cum videamus esse dies inaequales, & Solem alio loco hodie occasurum, & alio heri occidisse. Si igitur alijs locis oritur & occidit, necesse est eum moueri, non stare. Solem autem contra mundi motum currere, sic possumus intelligere: euenit enim, ut duabus ex causis sidera non possumus videre. Quarum una est, cum abierint infra terram, nostrum quoque effugere conspectum, ita ut inferiori hemisphaerio ostenditur. Altera autem est ratio, quod propter fulgorem Solis, & vim maximam luminis, sidera obscurantur: siue quod stellis obstitit, ne candor eorum ad nostros perueniat aspectus: siue sui magnitudine luminis officit oculis nostris, ne praeter eius ignem aliam superiorem rem perspiciamus, quod magis verisimile videtur. Neque enim Solis ignem eiusmodi videmus, cuiusmodi reliquos ignes intelligimus: sed ita lumen auerit nostrum, ut ipse quoque nobis non igneus, sed albus videatur esse. Praeterea in vnaquaque nocte vndecim signa necesse est apparere, ideo quod vno signo Sol ipse nixus, iter conficere videtur, cuius figuram corporis ipse suo lumine obscurat, cum eo enim signo & occidere & exoriri videtur. Nonnulli dicunt nos duodecim signa duntaxat hac ratione perspicere posse, scdm eius signi prima nouissimaque parte consistat. Habet enim duodecim signa partes eiusdem modi, ut vnumquodque eorum in longitudine habeat partes triginta, in latitudine autem partes duodecim. Itaque euenit, ut in longitudine signorum annus sit, in latitudine autem singuli dies sint. In prima parte signi nihilominus nos reliquum corpus eius signi videre posse nonnulli dicunt. Simili ratione, & si fuerit in extrema parte signi, quod fieri non potest. Nam cum Sol sit in qualibet parte signi, & exoritur, ita magnum videtur habere fulgorem: ut omnia sidera obscurat. Illud tamen potest euenire, ut cum Sol sit in prima parte signi & occidat, reliquum corpus eius signi appareat. Sed certius & verius est, vndecim signa quam duodecim apparere posse. Praeterea quaeritur, quare Sol contra mundi inclinationem currens, videatur cum ipsa sua sphaera occidere & verti. Nam si Sol contra siderum occasum curreret, de Ariete ad Pisces, non ad Taurum transiret. Exoriri etenim Pisces prius quam Aries, & occidere perspiciuntur: & ita mundus verti videtur, ut prius Pisces quam Aries occidant. Itaque diebus triginta Sol in Ariete currens, & eius corpus obscurans, sic duntaxat apparet Sol, ut ex eo loco quo Aries ante exoriri videatur: & post dies triginta, Sol videatur ab eodem loco surgere, ex quo loco Taurus ante exoriri videbatur. Igitur apparet solem ab Ariete ad Taurum transire. Quod si ita est, necesse est eum contra mundi inclinationem currere. Quare autem euenit, ut ante diximus, quod videtur cum mundo Sol verti: eius similis hac est causa: Ut si quis in nauicula rostro sedens, inquirat ad puppim transire, & nihilominus ipsa nauis iter suum conficiat: ille quidem videbitur contra nauicula cursum ire, sed tamen eodem perueniet quo nauis. Hoc autem sic etiam facilius intelligetur, si nauim diuiseris in partes trecentas sexaginta, quemadmodum Sol diebus trecentis sexaginta simul mundum transigit. Eodem modo, ut ante diximus, si nauis sit diuisa, & in vna parte de trecentis sexaginta constitutur quilibet eorum: nauis autem habet vnus diei cursum ille quidem contra nauim ire, sed cum ea ad locum definitum peruenire intelligetur. Non enim extra nauim est, quia rostro ad puppim transit, sed ipsa nauis continetur: item Sol cum per ipsum mundum iter conficiat, & eo contineatur, videtur contra mundum ire, sed cum eo peruenit ad occasum. Cum enim mundus trecenties & sexagies se conuerterit, tunc Sol iter annuum conficit.

18 QVONIAM de sole quae visa sunt nobis vtilissima esse, literis mandauimus, nunc de Luna dicemus. Es si alia conati perferibere, velut natura voluminis ad hoc loci deuenimus, ne nonnullis incaute huius rationem relinquentes, aut propter magnum laborem defecisse, aut inscienria superati non valuisse persequi videamur. Nos autem non illorum existimationis timenda causa persequi consuetudinis nostra rationem demonstrasse instituiamus, sed quod alterius queri volumen hoc perlecto noluiamus: nec tandiu rem cogitatam scripto aliorum ad desiderium adducere. Praeterea cum reliqua omnia diligentissime persecuti fuerimus, alienum videtur esse, nos non eandem persequi causam. Quare, sicut ante diximus, ad inceptum reuertemur, & necessario totidem verbis de Luna ac Sole dicemus, ita, Lunam per alios exortus & occasus necesse est moueri, non stare: idque facilius, quam de Sole licet intelligere: neque enim tam magnus ardor eius est, ut officiat oculis nostris, neque ut Sol dies triginta vno quoque signo vehitur, ut difficile sit intellectu, quanta particula luminis aut ipsius signi superesse videatur, cum ad aliud transierit signum. Luna enim cum duodecim signa diebus triginta percurrat, licet intelligere, duobus diebus & sex horis Lunam in alio signo esse: hanc autem, cum a Sole lumen accipiat, & ita nobis lucere videatur non est verisimile de tam multis causis, potius eam constare quam moueri. Si enim suo lumine vteretur, illud quoque sequebatur, eam semper equalem esse oportere, nec die tricesimo tam exilem aut omnino nullam videri, cum totum transierit cursum, sola autem ad aliud transire signum intelligatur: Praeterea si suo lumine vteretur, huius nunquam eclipsin fieri oportebat. Sed ne dubium fiat, quare solis eclipsis fieri possit, qui vtrisque, lumen dare supra sit dictus: Luna autem non facile fiat, cum alieno lumine utatur: eius

hac verissima, ut arbitramur, est causa. Luna enim cum ex toto mundo & omnibus stellis maxime terra proxima videatur, & ad acies nostras perveniat: & quodam tempore torrens perveniat ad eundem locum signi, quo Sol vehitur, obscurare lumen eius à nostro conspectu videtur. Hoc autem maxime evenit die novissimo, cum Luna transferit in duodecim signa, & cum Sol ad aliud signum transire videatur, & proxima fiet illi. Quod evenire sic etiam potest intelligi: Ut si quis alicuiusmanum planam ad oculos admoverit, quanto magis sic fecerit, hoc minus ille videre poterit: & quanto longius ab eo discescit, hoc magis illi omnia poterunt apparere: simili ratione, cum Luna ad Solis locum pervenit, tunc proxima eum videtur esse, & radios eius obstruere, ut lumen ejicere non possit. Cum autem Luna ab eo loco discescit, tunc Sol lumen ejicit, & ita ad nostra adjicit corpora.

Luna autem eclipsis sic evenit: Cum propè una dimensione sit Luna, cum abierit Sol sub terram dumtaxat hoc modo, ut per mediam terram, si quid directum traieceris, contingere possit Solem sub terram, Lunam autem supra terram. Quod cum ita evenit, necesse est Solis radios propter magnitudinem terra ita esse dimissos, ut Lumen eius quo Luna lucet, non possit ad eam pervenire: & ita existimatur fieri eclipsis Luna. Quae si suo lumine videretur, licebat, ne apparere quidem nunquam Solem, ideo quòd Luna nihilominus luceret, Sic namque accipit lumen, ut luceat cum Sol venerit per terras, sed non ut aliquè locum conclusorem totumque spacium impleat lumine. Si quis nostrum steterit in eo loco quo Sol maxime lucet, reliquis partibus lumen à Sole accipiens praebeat: id in Luna fieri inuenitur, eam Solis lumine accepto, lucere reuibratione. Nonnulli existimant, cum dicitur Sol in Ariete aut in quolibet signo esse eum supra ipsas stellas Arietis iter facere. Qui autem hac ratione utuntur, longe à vera ratione errant, Nam neque Sol, neque Luna proximè sidera apparent. Hac etiam de causa nonnulli septem stellas erraticas finxerunt, adiungentes eodem Solem & Lunam, quod cum quinque stellis feruntur: Luna enim proximè terra est, itaque triginta diebus totum mundum existimatur transire. Id hac evenit ratione: si circulos quos intra Zodiaci ambitum fecerit, ejusque hoc intervallo finxerit, ut terra sit in medio, & unam à terra ad Lunam mensionem fecerit, quam Graeci τόρον appellauerunt. Hunc autem, quia certum spacium non potuerunt dicere, tamen non dixerunt. Igitur abest Luna à terra, tono vno. Hac igitur re, quòd breuissimo circulo deuehitur, diebus triginta ad primum pervenit circulum. Ab hoc circulo abest circulus semitonio: quo Mercurij sidus vehitur. Itaque diebus triginta ad alterum signum transiens tardius, ab hoc circulo abest tono dimidio: quo loco iter suum Veneris dirigit astrum, tardius quam Mercurij stella conficiens cursum, transit enim ad aliud signum diebus triginta. Supra huius stellam Solis est cursus, qui abest ab Hespero, quae est Veneris stella, medietate toni. Itaque cum inferioribus pariter per uolās anno vno duodecim signa percurrit, tricesimo die ad aliud transiens signum. Supra solem igitur & eius circulum, Martis est stella, quae abest à Sole, tono dimidio. Itaque dicitur diebus sexaginta ad aliud signum transire. Supra hunc orbem Iouis est stella, quae abest à Martis, hemitonio. Itaque vno anno ad alterum transit signum. Novissima stella Saturni, quae maximo vehitur circulo hac autem tono distat à Ioue. Itaque annis triginta duodecim percurrit signa. Ab ipsorum tamen siderum corporibus Saturnus abest tono vno & dimidio. Hac igitur ratione potes scire, neque Solem neque Lunam contingere stellas, & nihilominus per Zodiaci circulum verti. Hinc etiam possumus intelligere, Lunam minorem esse Sole: Omnia enim quae proxima sunt nobis, maiora necesse est esse, quàm quae longo disidente intervallo videmus. Igitur Lunā videmus proximè nos esse: neque eam maiorem nostro aspectui esse quàm Solem. Illud quoque necesse est, cum Sol longè absit à Luna, & à nobis maior videtur, si propè accesserit, multo maiorem futurum. Præterea necesse est ut ante diximus, aut nullam stellam erraticam esse, aut Solem pariter cum Luna ut reliquas stellas errare. Si enim quisquam mihi potest demonstrare quinque stellarum cursum, & dicere, quòd hodie coram earum quaeque ad aliud transeat signum, quemadmodum de Sole & Luna fieri videmus, & nihilominus suum efficit cursum, non est erratica. Si autem dubium est, quòd hodie transeat, & ad aliud signum compari ratione cum Luna feratur, & suum circulum dirigat, quemadmodum stella quae sunt dubia, necesse est has quoque errare: sed non evenit ut errent, praesertim cum suo tempore ad cursum reuertantur. Igitur ne stella quidem, cum certo tempore ad suum signum reuertantur, possunt errare, nisi forte volumus accipere excusationem, quòd duo corpora magna facilius possint observari quàm singula stella, quae non certos cursus conficientes videntur apparere.

16 STELLAS quinque nonnulli has aiunt esse: Veneris, Mercurij, Iouis, Saturni, & Martis. E quibus esse maximam colore candido, nomine Hesperum, & eam appellari Venerem. Hac stella non abest à Sole longius duobus signis infra eius circulum collocata, sicut ante diximus: apparens maxime noctu, sed toto mense non plus indeficiens potest videri, sed totus Hesperus incertos efficit cursus, non eodem tempore ad praeteritum transiens signum.

SECUNDA stella est Mercurij nomine ΣΙΛΩΝ, totus acuto lumine, sed in aspectu non magnus.

Hic

À sole non longius abest signo vno. Qui semper eosdem cursus efficiens, modo nocte prima, modo autem ad solis exortus incipit apparere, nonnunquam etiam perpetuo signis IIII. est cum Sole: rediens autem cum Sole, non amplius est quam tertiam partem signi.

IOVIS autem stella, nomine Φαίδων corpore magnus est, figura autem similis Lyra. Hic autem duodecim signa annis totidem transire existimatur, & vno quoque anno nusquam apparere dicitur, non minus dies triginta, non plus quadraginta, sed maxime obscuratur, cum occidit cum sole. Exoriens autē apparet antequam Sol.

SOLIS stella, nomine Φαίλων corpore est magno, colore autem igneo: similis eius stella, qua est in humero Orionis dextro. Hic per duodecim signa assidue ferri videtur: nonnunquam etiam cum solis ipsius sideribus apparet, modo alijs partibus adiectis circuli. Hanc stellam nonnulli Saturni esse dixerunt. Redire autem ad signum annis triginta, & quotannis non apparet, non minus dies triginta, nec amplius quadraginta.

RELIOVVM est nobis de Martis stella dicere, qua nomine πρῶδεις appellatur. Hic autem non magno est corpore, sed figura similis est flamma. Nonnunquam autem cum ipsius solis sideribus concurrans, omnia peruat signa, sedens ad primum signum non longius biennio.

QVOD ad quinque stellas attinet, hucusque satis arbitramur dictum: nunc autem demonstrabimus, quibus de causis mense intercalentur: quoniam tempus omne metimur die & nocte, mense & anno. De quibus diem nobis diffinierunt, quandiu sol ab exortu ad occasum perveniat: noctis autem spatium constituerunt esse, quandiu sol ab occasu rursus ad exortum reuertatur: mensem autem, quamdiu Luna Zodiacum circulum perducit: annum voluerunt esse cum sol ab

Æstiuo circulo redit, & Zodiacum ad id signum vnde incipiebat, permetitur.

CAETERA DESIDERANTVR.

COLONIAE AGRIPPINAE,
APVD THEODORVM
GRAMINAEVM.

ANNO SALVTIS
M. D. LXX.



